183

Digitized by Google

PELAGONII
VETERINARIA

EX RICHARDIANO CODICE

EXCRIPTA ET A MENDIS PURGATA

AB

JOSEPHO SARCHIANIO

NUNC PRIMUM EDITA

CURA C. CIONII

Accedit SARCHIANII *Versio Italica.*

FLORENTIAE

EXCUDEBAT ALOYSIUS PEZZATI

MDCCCXXVI

IN MONITO

ERRATA			CORRIGENDA
Pag. 2.	lin.	17.	*bibliotecis* — *bibliothecis*
„ 3.	„	18.	not. brattata — tata

IN TEXTU

ERRATA tipographica, et alia CORRIGENDA
ex novissima Codicis recensione

Pag. 9.	lin.	13.	sermo, protelat — sermo protelat
„ 18.	„	4.	si autem — sin autem (*text.*)
„ 24.	„	13.	rossyraci — rossyriaci
„ 25.	„	21.	fascis — fasciis (*text.* fasceis)
„ 28.	„	2.	nn. — nuo. (*text.*)
„ 31.	„	9.	axugiam — axungiam
„ 34.	„	1.	sint — sit
„ „	„	14.	fuerint, spissa passi — fuerint spissa, passi
„ 38.	„	3.	voluerio — volueris.
„ 39.	„	19.	aliquantum — aliquantulum
„ 40.	„	12.	et 22. dextera dexteri, — destra dextri (*text.*
„ 41.	„	25.	et hoc — et hos
„ 47.	„	12.	praeditis — praebitis
„ 51.	„	18.	confricans — confricas
„ 60.	„	5.	ad herm. — ad hem. (*text.*)
„ 61.	„	2.	syneri- — syncri-
„ „	„	3.	proficeret — proficere (*text.* poficerit)
„ „	„	28.	dolorum — dolorem
„ 64.	„	14.	distillabis — destillabis
„ 70.	„	4.	fiunt — fiant (*text.*)
„ 76.	„	25.	contusam — contunsam (*text.*)
„ 77.	„	22.	sem. cibabis — sed cibabis (*text.*)
„ 80.	„	20.	profuerint — profuerit (*text.*)
„ 81.	„	7.	iteneris — itineris
„ 83.	„	13.	ceciderit — ceciderint (*text.*)
„ 91.	„	2.	qnattuor — quatuor
„ „	„	10.	Tum — Tunc (*text.*)
„ 92.	„	5.	colans — colas

*

Digitized by Google

Pag. 92.	lin.	8.	radices — radicem (*text.*)
„ „	„	23.	contusa — contunsa (*text.*)
„ 93.	„	22.	et iis, qui siccas nares habent ; — et ii qui siccas nares habent
„ 94.	„	14.	sufficit — sufficiat (*text.*)
„ 96.	„	24:	laseri — laseris
„ „	„	26·	cribratata — cribrata
„ 99.	„	13.	narem — nares (*test.*)
„ 101.	„	3.	fasci — fusci
„ „	„	20.	fibulam — fibulas (*text.*)
„ „	„	26, et 27.	corcodrilli — corcodilli (*in text. Saroh. legit* crocodilli)
„ 103.	„	30.	sa-nam — la-nam
„ „	„	ult.	collyriis — collyrio (*text.*)
„ 104.	„	10.	defri-to — defria-to
„ 105.	„	24.	ingravescant — ingravescunt (*text.*)
„ 106.	„	11.	sarciri (*Sarchianius*) — farciri (*text.*)
„ „	„	19.	ipso — isto (*text.*)
„ „	„	27.	subuenire — subvenire
„ 107.	„	5.	s. — unam

OMISSA			RESTITUENDA
ex novissima Codicis recensione			
Pag.	9.	lin. 5.	cotidie aut — cotidie *nobis* aut
„	14.	„ 15.	mores animi — mores *autem* animi
„	22.	„ 18.	nude — nude *et* dolore
„	32.	„ 11.	triduum — *per* triduum
„	33.	„ 28.	iij decoquis — vj, *et* decoquis
„	35.	„ 1.	oleo, vino, passo — oleo, *et* vino passo
„	36.	„ 25	u. XV; pinam — *numer.* XV; pineam
„	39.	„ 10.	peduculos intestinis — peduculos *in* intestinis
„	49.	„ 7.	quoniam utroque — quoniam *in* utroque
„	56.	„ 21.	cti per nares — ctis *simul et levigatis* per nares
„	65.	„ 30.	eosdem — eosdem *articulos*
„	70.	„ 15.	sine disciplina — sine disciplina *ponit*
„	72.	„ 16.	sudaverit — sudaverit *conseguenter*
„	86.	„ 6.	ad vulnera — ad *colla et ad* vulnera
„	97	„ 23.	foeni cyathos — foeni *graeci* cyathos
„	„	„ 24.	et tepefacta — et *tum* tepefacta
„	103.	„ 18.	scrp. olei, ec. — scrp. *iiij*, *croci scrp. iiij*, olei, ec.
„	104.	„ 20.	opii scrp. ij, mellis etc. — opii scrp. ij, *piperis nigri scrp.* ij, *balsami scrp. ij*, mellis, etc.
„	„	„ 29.	farinae hem. — farinae *hordeaciae* hem.
„	107.	„ 8	usque sext. — usque *ad* sext.
„	„	„ 17.	bitumiuis lib. — bitumiuis *selib*
„	108.	„ 23.	radicibus herbae, etc. — radicibus *briti*, *et radicibus* herbae, etc.
„	110.	„ 2.	sext. 15, bulbos etc. — sext. 15, *foeni graeci sext.* 15, *lini seminis sext.* 15, bulbos, ec.
„	„	„ 4.	acronem porcinum, et vinum — acronem percinum 1, et vinum
„	„	„ 20.	cocliare; — cocliare 1;

NEL VOLGARIZZAMENTO

			ERRORI	CORREZIONI
Pag. 139.	lin.	2.	al quanto	alquanto
„ 151.	„	7.	*o gravezza*, —	, *o gravezza*
„ 156.	titolo.		SCROFO	STROFO
„ 161.	„	9.	traugugi	trangugi
„ 163.	„	12.	accessivo	eccessivo
„ 164.	„	ult.	cuo	ficuo
„ 167.	„	3, e 17.	curali . . . curale	curuli . . . curule
„ 172.	„	25.	baffetto	buffetto
„ 175.	„	10, 11.	ef-ficcazione	e-siccazione
„ 190.	„	26.	*crassize*	*crassizie*
„ 193.	„	25.	stritatolo	stritolato
„ 201.	„	2.	farvi	fávvi
„ 233.	„	12.	ibbeo	ibleo
„ „	„	24.	sirifocilli	si rifocilli.

11.2.188

IV

[illegible]NITUM

P[illegible]m Sarchianius fato concede-
[illegible]icorum sodalitati tria volumina
[illegible]um quo studio et amore eximio
[illegible] non egerat, inservierit, eiusque
[illegible]t, et gloriae. Horum primum
[illegible] Pelagonii latini scriptoris exhi-
[illegible]o codice eius literis excriptum,
[illegible]t patet ex notula inferius appo-
[illegible]inscribi curaverat. Nulla in ea
[illegible] nec in cuius usum vetus codex
[illegible]quid fati illi deinde inciderit:
[illegible], codicem fuisse sane vetustum:
[illegible] videtur, eum longa aetate de-
[illegible]sisse, ne maiori vetustate Pe-
[illegible]num memoria prorsus excide-
[illegible]spicari licet, quod et in Po-
[illegible]or capita desiderantur initio
[illegible]dicata; et quod alius nusquam
[illegible]ontra temporis iniurias eo usque

---

(1) *[illegible]nc primum in lucem editus, Lamii*
[illegible]at, ut comperitur ex catalogo Ri-
[illegible]e, edito an. MDCCLVI. *Quare si qua*
[illegible] tribuenda est, uni Lamio tota de-
[illegible]

NEL VOLGAR[illegible]

ERRORI				[illegible]
Pag. 139.	lin.	2.	al quanto — alquanto	
„ 151.	„	7.	*o gravezza*, — . *o gravezza*	
„ 156.	titolo.		SCROFO — S[illegible]	
„ 161.	„	9.	traugugi — tra[illegible]	
„ 163.	„	12.	accessivo — ec[illegible]	
„ 164.	„	ult.	cuo — ficuo	
„ 167.	„	3, e 17.	curali . . . [illegible] — curuli . . . curu e	
„ 172.	„	25.	baffetto — buf[illegible]	
„ 175.	„	10, 11.	ef-ficcazione — e [illegible]ccazione	
„ 190.	„	26.	*crassize* — *cra*[illegible]	
„ 193.	„	25.	stritatolo — str[illegible]ato	
„ 201.	„	2.	farvi — fávvi	
„ 233.	„	12.	ibbeo — ibleo	
„ „	„	24.	sirifocilli — si[illegible]	

11.2.188

IV

MONITUM

Paulo antequam Sarchianius fato concederet, florentinae Georgicorum sodalitati tria volumina donaverat, argumentum quo studio et amore eximio cetui, in quo ultimas non egerat, inservierit, eiusque commodis adlaborarit, et gloriae. Horum primum artem veterinariam Pelagonii latini scriptoris exhibet (1), *ex richardiano codice eius literis excriptam, in quem Politianus, ut patet ex notula inferius apposita, per librarium transcribi curaverat. Nulla in ea de Pelagonio mentio, nec in cuius usum vetus codex antea venerit, nec quid fati illi deinde inciderit: hoc tantum docemur, codicem fuisse* sane vetustum: *ex quo arguendum videtur, eum longa aetate detritum transcribi iussisse, ne maiori vetustate Pelagonii nomen hominum memoria prorsus excideret. Id eo magis suspicari licet, quod et in Politiani codice quatuor capita desiderantur initio operis ab auctore indicata; et quod alius nusquam inventus fuerit, qui contra temporis iniurias eo usque*

---

(1) *Pelagonius nunc primum in lucem editus, Lamii solertiam non effugerat, ut comperitur ex catalogo Richardianae Bibliothecae, edito an.* MDCCLVI. *Quare si qua inventori codicis laus tribuenda est, uni Lamio tota debetur.*

duraverit. Alterum Pelagonii artem continet ab eodem Sarchianio, eius utar verbis, thusce translatam; tertium complures notulas instar commentarioli, ex quibus apparet, hunc sibi laborem ea mente suscepisse, ut interpretationi maiorem fidem faceret, et Auctoris scripta, ubi fuerit opus, accuratius illustraret. Verum ex his nihil coniectari possis, quae fuerit aetas Pelagonii: hoc unum scire datur, et floruisse post Columellam, quem ille non semel auctorem adhibet, et tempora antecessisse Vegetii, de cuius aetate aeque ambigitur, in cuius libro identidem Pelagonii nomen occurrit, et aliquot eius curationes commendantur. Literatorum industriae aliquid de eius aetate reperire fortasse dabitur ex iis nominibus, quibus varias operis partes inscribit (2); *et si quis in aliquem scriptorem ab eo nominatum inciderit, et bibliotecis latitantem excitarit,*

---

(2) *Hic a re non erit monere, cl. Furlanettum Florentiae diversantem plura cum editore de Pelagonio contulisse., et nomina, quibus Auctor capita Hippiatriae inscribit, pugillari notasse, ut de iis Romae cl. Borghesium consuleret, qui hanc epistolam editori remisit.*

Il mio dotto amico sig. Ab. Furlanetto nel suo passaggio per la Romagna mi consegnò un elenco dei personaggi mentovati nelle regole dell'Ippiatria di Pelagonio recentemente scoperte, chiedendomi se ne conosceva alcuno, onde potere per tal modo determinare l'età di questo scrittore. Risposi che il nome di Arzigio, cui era dedicata l' opera, non erami nuovo, ma che sul momento non avrei saputo ove ripescarne la notizia, ond'egli mi commise che quando mi fosse capitata, ne avessi fatto parte a lei, da cui proveniva la ricerca. Debbo

Latii sermonem, quod quidem utile et maxime expetendum est, ignotis adhuc vocabulis ditare continget.

---

ora dunque annunziarle ch'egli è ricordato in una lapida esistente una volta in Roma nella Chiesa di s. Basilio, pubblicata dal Grutero p. 474, 3, dall'Apiano p. 206, del Panvinio nei fasti all'anno 990, dal Manuzio nell'Ortografia p. 759, o da altri, ma la di cui vera lezione si ha da un codice correttissimo, già posseduto dal card. Canale, coll'aiuto di cui monsi. Marini l'emendò nel suo Grutero, e colla quale confronta una delle due copie che se ne hanno nel Mazochi p. 47, e 179, ed un'altra che io ne trovai in un altro codice posseduto in Urbino dalla casa de Pretis, p. 143. Eccola adunque purgata dalle macchie, di cui l'avevano imbrattata i copiatori.

BETITIO . PERPETVO . ARZIGIO . V . C
CONSVLARI . TVSCIAE . ET . VMB . OB
SINGVLARIA . EIVS . ERGA . PROVINCI
ALES . BENEFICIA . ET . OB . MODERA
TIONEM . DOCVMENTO . ETIAM . POSTERIS . RELIN
QVENDAM . AETERNVM . STATVAE . MONV
MENTVM . TVSCI . ET . VMBRI . PATRONO
PRAESTANTISSIMO . COLLOCARVNT

Per quante ricerche abbia fatte, non ho potuto trovare di costui altra memoria, e nemmeno alcun altro che abbia portato il suo nome, onde sono in buona lusinga ch'egli sia appunto la persona che si cercava. Intanto è evidente che questa iscrizione non può essere anteriore a Costantino Magno, da cui datano ne'presidi delle provincie le nuove denominazioni di consolari e di correttori. E dall'altra parte volentieri mi atterrò a non di-

Quod vero utilitatem spectat, quae de Pelagonii libro percipitur, quamquam sermonis puritatem, eosque flores frustra requiras, quibus aetas aurea concinnatur, tibi tamen legenti quaedam vocabula occurrent nunquam ab alio posterius usurpata, etsi lexicis inserto, et alia quae barbariem olere putabantur, quod in iis dumtaxat inventa, qui post saeculum nonum scripsere, ne ad luteam quidem aetatem pertinere falsa opinio tenuerat. Praeterea curationes equorum et boum invenies, eas praesertim extrinsecus adhibendas, quas a ratione horum temporum non longe abhorrentes, nostros mulomedicos sibi adsciscere non pudeat, et quae-

---

scendere oltre l'epoca del suo impero o di quello de' suoi figli, perchè alla medesima età corrisponde l' Astyrio o Asterio ricordato da Pelagonio al cap. 9, il quale sarà probabilmente uno dei due fratelli Asterii, che si conoscono in quei tempi, cioè L. Turcio Aproniano Asterio, correttore della Toscana e dell' Umbra nel 346 di Cristo, cui appartiene il marmo Gruteriano p. 476, 7, e L. Turcio Secondo Asterio, correttore della Flaminia e del Piceno alla morte di Costantino, come si rileva dall' iscrizione dell' arco di Fano; di ambedue i quali ho bastevolmente parlato in un breve scritto che non tarderà molto a venire in luce. Di Falerio, di Festiano, di Lucilio; di Papiano, che sono gli altri soggetti ricordati in quell' opera, non ho in questi tempi alcuna notizia da somministrare.

Eccole tutto ciò che posso comunicarle inobbedienza alla ricevuta commissione; ec.

S. Marino li 24 Aprile 1826.

Bartolommeo Borghesi.

dam non absurda morborum indicia, nec omnino vel nunc negligenda, cum ars medica, unde omnis ippiatria pendet, in tantum honoris adsurrexerit, vi naturae diligentius investigata, atque perspecta. Ceterum ne vitio vertas Auctori nostro, si quandoque rationes arte discrepantes adhibendas proponit, nec risui indulgeas cum in magicas incantationes et carmina incideris, ut cura efficacius morbis medeatur. Nam et ratio habenda est, quo tempore versatus in arte scripserit; et si veteres, qui eadem profitentur volutabis, omnes invenies hoc communi vitio laborantes, quo ne Celsus quidem et Columella abierunt immunes.

Politianus in eadem notula, de qua supra dixi, nihil mutasse adseverat, etsi quaedam loca non raro invenerit plane depravata et informia. Sarchianius aliquid ausus ea, qua fuit modestia, interpolatis argutas emendationes proponit, verborumque commutationes, quae, ut cuique paginae nostrae editionis inciderint, infra notata reperies.

Qui vero nunc Pelagonium iuris publici fecit, non ad captandum sibi decus, sed ad celebrandam Sarchianii memoriam, quo, dum vixit, usus est familiarissime, nefas esse putavit quidquam ex huius scriptis immutare, aut addere, et in meliorem ordinem digerere, ne dum nimium lectori consulitur, aliquid meritis collegae carissimi officeretur. Qua de causa non expectes, amice lector, perpetuum commentarium, etsi ad id conficiendum multa interpolata loca, et sane corrupta viderentur hortari. Haec maiori solertia elucubranda libenter aliis permitto: id mihi sit satis, amici memoriae consuluisse.

Igitur post Pelagonii Hippiatria thuscam interpretationem invenies, quam consequentur interpretis notulae, nonnullis exceptis, quae latino Scriptori apponendae videbantur.

C. C.

Digitized by Google

Pelagonium Vegetius memorat in Praefatione.

. . . Sed quoniam minus dignitatis videbatur habere professio, quae pecudum promittebat medelam, ideo minus splendidis exercitata, minus eloquentibus collata docetur in libris, licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit, et Columellae abundaverit dicendi facultas. Verum alter eorum cum rusticae rei praecepta conscriberet, curas animalium levi admonitione perstrinxit; alter omissis signis causisque morborum, quasi ad doctissimos scriberet, tam magnae rei fundamentum neglexit. Chiron et Absirtus diligentius cuncta rimati, eloquentiae inopia, ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. Praeterea indigesta et confusa sunt omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti, necesse sit errare per titulos, cum eisdem passionibus alia remedia in capite, alia inveniantur in fine.

in Lib. I, Cap. XVII.

Pelagonius adversus omnes morbos efficacissimum pulverem credit esse, si pullum ciconiae nondum adhuc stantem, sed iam plumas habentem, vivum in cacabum mittas, et gypses, perustumque vapore furni, in pulverem redigas, et tritum vitrio vase custodias: grande, cumulatumque cochlearium cum vini sextario animalis faucibus infundas, donec recipiat sanitatem.

in Lib. VI, Cap. XIII.

Pelagonius vero quadrigarii pulveris einsmodi composuit confectionem. Cinnamomi, spicae syriacae, spicae indicae, croci sicuti, myrrhae trogloditis, scieni, piperis nigri, piperis longi, mannae, croci, betonicae, catiae nigrae, trixaginis, folii, nardi *lentici*, idest cepae indici, nardi, storacis, acori pontici, thuris masculi, iris illyricae, thymi cretici, piperis albi, calami aromatici, asari pontici, petroselini, *mannae croci*, mali terreni, gentianae, rosae aridae, cassiae fistulae, enulae: omnia aequis ponderibus pro modo animalium misces, conteris, cribras, in pixide vel vitreo dolio condis, et cum opus fuerit singula cochlearia, vel amplius, si vi-

res pstiuntur, iumentis singulis dabis, addito vino, oleo, interdum aliis potionibus misces, si ratio artis, vel cura mandaverit.

Quatuor desiderantur capita in Pelagonii codice, quorum XXXII, de Compositione caustici. Vegetius lib. IV, cap. XIV. Pelagonii caustici rationem refert his verbis.

Pelagonius causticum, quod anffusiones, vessicasque siccaret in genibus, vel articulis, hsc ratione composuit. Cerae punicae lib., resinse pondera duo et semis, galbani uncias tres, asfalti iudaici pondera duo, myrrhae secundsriae pondera duo, bituminis libram, armoniaci uncias sex, costi uncias sex. Verum cetera decoquis in cacabo fictili novo, qui cum refrixerit, addis asfaltum, et armoniacum, et costum pro mensura, qua scriptum est, tritum ad modum farinae, et agitabis, et iterum coques, ut sit una substantia; quo uteris adversum venas, et vessicas, et anffusiones, quae nascuntur in genibus, aut in tibis, aut inter nodos, aut in articulis usque eo ut ossulaginem curare credantur. Malagma quoque causticum hac voluit rstione componi. Picis pondera duo, cerse pondera duo, galbani uncias tres, resinae libram, adipis taurinse pondera duo, bdellii uncias septem, thuris pollinis unc. tres, resinae terebintinae unc. sex, visci ponders duo, glutis unc. sex.

Lib. IV. Cap. XXVII.

Pelagonius tale collyrium monstrat ad album de oculis tollendum et abstergendum. Oleum, sal, resinam, cerussm, opobalsamum, addito melle, deteris, atque componis; alternis diebus inducis usque ad sanitatem. Nardinium quoque collyrium hac ratione composuit. Violae unc. I, spicae nardi uncism semis, cassiae, myrrhae uncias tres, croci uncias tres, olei cyprini uncias sex. piperis albi uncias II, cymini uncias III. Item alia collyria composuit. Opobasami, croci myrrhae, salis hispani, lepidis, ossis sepiae singulas uncias, catimiae uncias *duo* afronitri uncism unam mellis attici libram.

PELAGONIUS
ARZIGIO SUO
SALUTEM.

Frequentissime te equos laudare, amare semper vehementer admirarer (*sic*); nec inmerito rem tam nobilem, rem omnibus gratam amare non desinis, siquidem sol ipse dominus orbis, decus mundi, solo equorum ministerio contentus, cotidie aut cum ipsis, aut per ipsos reddit optabilem lucem: imitarer quidem te et ipse, ut de ipsorum laudibus aliquid scriberem, si digna proferrem: nunc pauperem linguam, nullus, aut modicus sermo, protelat; qui tamen tunc proferendus est, cum curas aut medicinas ipsorum loqui coepero. Tu lauda qui potes; tu dignus sermone prosequere; mihi sufficit sanare quod amo, contentusque sum me ex tua claritate florere. Tibi enim quaeritur quidquid in nobis est; nobis enitet quidquid in te est. Curas igitur, et medicinas, quibus ut sanum et vegetum corpus in animalibus, praesertim in equis, perseveret, iste liber loquetur; quem ut libenter suscipias, libentius legas deprecor. Vale.

Explicit epistola.

In hoc libro hae sunt medicinae.

I. Curae ad morbum omnem.
II. Remedia ad maciem.
III. Curae ad febrem.
IV. Curae ad armos.
V. Curae ad caput, vel ad capitis dolorem, et ad glandulas.
VI. Remedia ad tusses omnes, vel ad vulsos.
VII. Curae ad strofum.
VIII. Curae ad dysuriam.
IX. De laeso dorso, et de pilo totius corporis.
X. Ad eos quibus membra deficiunt, et ad bulimum.
XI. Curae ad flemina.
XII. Curae ad suspirium.
XIII. Curae ad hydropem, vel ad splenem, et ad tympaniticum.
XIV. Item de lumbis, vel de renibus, coxis, aut gambis.
XV. Item de articulis, vel de pedibus, vel collo.
XVI. Curae ad ozimas.
XVII. Ad opisthotonos.
XVIII. De dentibus.
XIX. Praecantatio ad equos hordiatos.
XX. De muris aranei morsu, vel de percussu falangionis, vel viperae.

XXI. Curae ad potiones et colicos [a]), vel ad eos qui faeno malo laeduntur.
XXII. De caudae mobilitate [b]).
XXIII. Medicamina ad robur.
XXIV Ad eos qui sanguinem meiant, aut cacant, aut per nares mittunt, aut vomunt, aut si sanguis nimius per venam percussam exierit.
XXV. De vulneribus, vel de emplastris.
XXVI. De scabie.
XXVII. De lethargo.
XXVIII. Potiones omnes, et omni tempore necessariae.
XXIX. De rabie, vel de cursu lunae, vel de insanie [c]), vel de paralytico.
XXX. Curae oculorum omnes.
XXXI. Compositiones malagmas [d]).
XXXII. Compositiones caustici.
XXXIII. De haustu hirudinis, et de tumore testium, et de vermibus, et de costis.
XXXIV. De verrucis pecorum.
XXXV. De farciminoso.

Expliciunt capitula.

a) *Cap.* XXI, *in codice titulus est:* Potiones vel curae, ad colicos. b) nobilitate. c) insania. d) malagma.

Digitized by Google

PELAGONIUS

FALERIO SUO

Equos circo, sacrisque certaminibus quinquennes usque ad annum vigesimum plerunque idoneos adseverant; usibus autem domesticis a bimo usque in annum trigesimum necessarios esse apud diligentissimum dominum certissimum est. Horum notae cum corpore mutantur: nam dum bimus, et sex mensium est, medii dentes superiores cadunt; cum quartum annum agit, his qui canini appellantur deiectis, alios adfert. Intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno, quos primo mutavit, exaequat. Septimo omnes explentur aequaliter, et ex eo dentes cavatos gerit; nec postea quot annorum sit, manifesto comprehendi potest, nisi a suetissimo et a diligentissimo homine; quaedam enim signa aetatis proprii corporis natura permisit, quae nos magis oculis comprehendimus, quam legendo addiscimus.

Decimo tamen anno tempora cavari incipiunt, et supercilia nonnunquam canescere, et dentes prominere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. Sane domesticis pecoribus, idest domitis et fraeno assuetis, diligentia invenit, ut annos in labris comprehendas: rugas igitur a rostro incipientes numerabis, annos numerus rugarum ostendit.

Difficile est an et non domito pecori rugas invenias. Talem autem equum aut comparare, aut

e gregibus eligere philocalum dominum convenit, ut sit exiguo capite, nigris oculis, naribus et arrectis, cervice molli lataque, nec longa, densa iuva [e]), et per dextram partem profusa; lato et nnoso [f]) pectore, grandibus armis et rectis, musculis in toto corpore extantibus, lateribus infloxis (*sic*), spina duplici, ventre substructo, testibus paribus et exiguis, latis lumbis et subsidentibus: cauda longa, et non setosa quia [g]) addecet, rectis cruribus, tereti genu parvoque, neque introrsum expectante, clunibus, et femoribus torosis ac numerosis, ungulis nigris, et altis, et concavis, quibus coronae mediocres super impositae siut: sit universum corpus compositum, ut sit grande, sublime, erectum, agile, ab aspectu quoque et longo quantum figura permittit, rotundum. Mores animi laudantur, qui sunt ex placido concitati, et ex concitato mitissimi, et ad obsequia reperiuntur habiles, et ad certamina, laboremque promptissimi. Si volueris scire, an admissarius utilis pro generatione, vel an vere progeneret, semen ejus digito contactum, ut filum ducito; qui [h]) aliquantulum duraverit incorruptum, utilem admissarium Hipparcus adseverat; si statim fuerit ruptum, vel non ut viscum digito haeserit, inutilem dicimus, minimeque admittendum.

e) iuba. f) numeroso; *al nervoso.* g) quam. h) quod.

CAPUT PRIMUM

AD MORBUM OMNEM

PELAGONIUS FESTIANO.

Congruum est etiam medicinas aut potiones, quibus morbi expellantur addiscere. Morbos plerunque equi concipiunt aut lassitudine, aut aestu, aut frigore, aut fame, aut si, cum diu steterint, subito ad cursum fuerint stimulati, aut si suo tempore urinam non fecerint, aut sudantes, et a concitatione, statim biberint; quibus remedia haec a maioribus profuisse accepimus, et facientes nos metipsi experti sumus.

Ad omnem morbum. Gallicani unc. *cons. sto diapente* (*sic*), gentianae, aristolochiae, baccarum lauri, myrrhae, rasurae eboris. Omnia haec aequis ponderibus tunsa, et cribrata adunatur [i]), et pulvis confectus reponitur, et in necessitate profertur: et datur sic: cocleare grande plenum, vino mixtum faucibus cotide infunde cum nocium [l]) erit: certissimus et salutaris pulvis est.

Ad morbum litori [m]) beneventanicum: primo depectorandus est, deinde inter coxas deplendus est; sed et si necessitas fuerit et detemporandus. Cibum debebit accipere multiplicem, idest hordei farinam, seminis farinam, idest far cantabrum, foeni modicum, et facies potionem huiusmodi, quam dabis per nares: centauream, absyntium, peucedanum aequis ponderibus decoquis in vino sufficienti, et dabis per

i) adunantur. *l*) necessarium; *al negocium*. *m*) *al. lateri.*

nares. Item aliud: cucumerem silvaticum teris, aut radices ipsius contundes et cernis, et cum vini sextarios [n]) *iij*, commisces et nitri triti et creti unc. semis, simul omnia diligenter teris, et inde potionas diebus quinque. Praeterea pulverem de radicibus cucumeris salvatici (*sic*), vel ipsum cucumerem tritum in aquam mittis, quam poturus est, qui patitur morbum.

Item pulvis Optati, faciens ad morbum et ad omnia: libram herbae sabinae, tressogonis unc. *iij*, centaureae unc. *ij*, aristolochiae unc. *iiij*, baccarum lauri unc. *ij*, myrrae unc. *iiij*. Omnia contundes, et cernes, et in pulverem minutissimum redigis, et cum necesse fuerit cocleare unum grande plenum cum vini sext. faucibus infundis. Item aliud ad morbum caystri, siculi Mangonis. Radices ebuli, et radices urticae aequis ponderibus liquamine infusas in mensuram trium ovorum triduo infundes; facies inde colatum per linteolum, naribus mensura unius ovi mittes per triduum. Item aliud ad morbum articularem: sanguinem de omnibus articulis detrahito, et vite alba articulos circumdato, et pice liquida articulos circum ungito, et frequenter deambulet, et cibo abstineto, hordei sane triti et cribrati mittas sext. *iiij*, cum cucumere silvatico: satis prodest. Ad morbum regium: intelligitur autem morbus regius sic ex oculis vel maxime; nam aut sulfurei, aut felliti admodum sunt. Haec valetudo, vel causa morbi, ex abundantia fellis nonunquam evenit. Curabis sic: asparagi silvatici radicem contundes, et in aquae congiarium mittis, et ad tertias decoquis, et per cornu naribus infundis, et patieris equum diutius suspensum durare. Quod si major causa exegerit, addis ad potio-

n) sextariis.

nem ss. o) liquaminis summi cyatos tres. Ad morbum, si coeperit demisectis pedibus claudicare, vel pedes intumuerint; periculosissima quidem res est. Curatur autem sic: sanguis de utraque parte cervicis mittitur, ut usque ad summam fatigationem deducatur animal; post uvam lupinam cum melle, et aqua cisternina dato, usque ad sanitatem. Item aliud: primi liquaminis calicem plenum in nares mittito, ut quam validissime soporetur, frigido etiam loco stabuletur. Coriandri sane, et cucumeris agrestis folia, et radices, et mellis quod satis est cum vino dato; post porri suco acetabulum plenum faucibus infundito, offas etiam impares dabis, herbi farinam vino sparsam per triduum, fabae hem. fresae bene tritae cum vino optimo ut pridie eas infundes, et alia die conteras p); adjcies et mellis aliquid, et butyri aequis partibus; cum vino tepido dandum est. Item ad morbum cum coeperit iumentum claudicare modo de prioribus, modo de posterioribus, primum corpus ejus perungito oleo et vino, et potiona hac potione decocta: argyrii unc. *iij*, centaureae unc. *v*: in alio sic: centaureae unc. *vj*, scopae regiae unc. *j*, serpilli unc. *vj*, hysopi unc. *iij*, trixagonis unc. *j*, artemisiae odoratae unc. *j*, trifoli acuti unc. *j*, rutae silvestris radices unc. *vj*, hieraebotanis unc. *iij*, vettonicae unc. *iij*; omnia mulsa decoque, et potiona.

Ad humores morbi articularis sanguinem de articulis detrahito, creta cemolia in aqua vel lotio infusa, aceto permixta, cum bubulo stercore et cimino quod satis erit mixto, et cum synopide loco imponis; sanus fiet.

Et ad morbum articularem; cariotae unc. *v*, silis gallici unc. *x*, cassiae naro unc. *iij*, herbae emmepitys unc. *iij*, vettonicae unc. *vj*, trissillyriačae

o) suprascripti. p) *locus sane depravatus.*

sil. ∸ *iij*, piperis albi, unc. *iij*, myrrae *j*, abrotoni ∸ *x*, marrubi unc. *iij*, sardonici ∸ *iij*; haec omnia colata cum vino, et diligenter trita, et cribrata dabis. Si autem articuli obduraverint, scito eum elephantino morbo laborare: curabis sic: sanguinem de tumoribus detrahe, potionem dabis sic: coquis tisanam cum catulo brevi, post triduum sanguinem de matrice detrahe, et potiona suco foeni graeci cum melle. Et iterum sanguinem de articulis detrahe, potiona pulvere quadrigario.

Item pulvis Pelagonia: propinas ciconiam, quae adhuc non stat, sed tamen quae jam plumulas habet; vivam mitte in caccabulum fictilem, et gypsa, et in furnum mitte; inde cum fuerit pulvis factus, idest cum fuerit tosta, in mortario tere, et pulverem repone in olla vitrea, et cum necesse fuerit, cocleare, sed grande, plenum cum vino afro faucibus infunde, quamdiu sanus sit: certissimus et salutaris pulvis est. Item aliud: cucumeris silvatici radices contundes ad sex. *iij*, et infundes in aquae sex. *iiij*, an (*sic*) pridie, et agitas quam diutissime, et colas, et sic commisces nitri alexandrini tunsi, et creti *q*), et das diebus septem; cum defuerit, aquam iunges, et sic bibat; per cornu faucibus infundes.

Item aliud: seminis cucurbitae alexandrinae acetabulum unum, frigis, et tundis et cernis, et misces vini veteris albi ad cornua duo, et agitas diu, et postea colas, et sic per dexteram narem diebus quinque *r*). Item ad morbum, Columellae auctoris. Evincendi sunt, quamvis pestiferi morbi, et exquisitis remediis pulsandi sunt: panacis et eryngis radices, foeniculi seminibus miscendae, et cum fricti ac moliti tritici farina, candenti aqua conspergenda, eo-

q) nitro alexandrino tunso, et creto. *r*) dabis, (*addit*)

que medicamine salvandum est aegrum pecus. Tum paribus casiae, myrraeque et thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis marinae testudinis miscetur potio, cum vini veteris sextar. *iij*, et ita per nares infunditur. Sed ipsum medicamentum ponderis sextunciae divisum, portione aequa per triduum dedisse satis erit. Praesens etiam remedium cognovimus radiculae, quam pastores consiliginem vocant. Camarsis montibus plurima nascitur, omnique pecori maxime est salutaris: laeva manu haec foditur ante solis ortum, sic enim lecta maiorem vim creditur habere: usus eius traditur talis. Aenea fibula pars auriculae latissima circumscribitur, ita ut manante sanguine, tanquam O litterae ductus appareat: hoc et intrinsecus, et ex superiori parte auriculae cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem figula [s]) transuitur, et facto foramine praedicta radicula inseritur, quantum recens plaga comprehendi ipsam continet [t]), ut elabi non possit. Eadem [u]) inde per auriculam omnis vis morbi, pestilentiaeque virus elicitur, donec ea pars quae fibula circumscripta est demortua excidat. Cornelius Celsus etiam ipsius folia cum vino trita per nares infundi iubet. Haec facienda si gregatim pecora laborant; illa deinceps si singula. Item potio aemuli hispani, Mangonis, ad morbum articularem: ex necessitate sanguinem de pedibus detrahe, inde myrrae troglitis ∴ *iiij*, croci selib., salis lib., centaureae scrp. *iiij*, spicae indicae, piperis albi sem., apii sem. coclearea quinque, meconii —, propolis —, mellis sext., et nitrum in se conteris et reponis; inde magnitudine nucis abellanae cum aquae tepidae sextario dabis.

s) fibula. t) comprehendere ipsam potest; *al.*, *comprehendens ipsam*, *continet*. u) Eamdem.

CAPUT II.

AD MACIEM.

PELAGONIUS FESTIANO SUO AIT.

Equos tuos sanos quidem, sed satis macilentos frequenter inspexi, quibus ut adhibeas talem diligentiam diligentissimum dominum monemus, quod etiam Cappadoces facientes, corpora equorum et nutriunt et augent. Nam haec, quae infra ostendimus, ipsi Cappadoces *abrepta* appellant, quae sunt talia: hordei mod. *iij*; fabae sext. *vj*, tritici sext. *vj*, ciceris sext. *viij*, faselis sext. *viij*, herbi sext. *iiij*, foeni graeci sext. *iij*, et si volueris uvae passae, et nuclei sextar. singulos. De his omnibus facis modium, et pridie in aqua munda eundem modium infundes, mane paululum se subsiccet, et inde equus semodium accipiat, et sero semodium; hoc cotidie simili diligentia facere curabis. Si sane satis macilentus fuerit, eum diebus triginta clausum in stabulo calido habebis, ita ut intus bibat, et sic accipiat. Sin autem non adeo est macilentus, viginti et uno die similiter stabuletur; sane si post diligentiam ss. *v*) satis fuerit pingues (*sic*), ne pinguedo noceat, sanguis de matrice tollatur, ne nimia pletora afferat necem.

Aliud quod pauperes sed diligentes facere possunt: triticum torrefactum mixtum aquae mulsae diurnum modium castrensem praebebis diebus ultra viginti, vel quot volueris. Sane cui pelles averti *x*), et ci-

v) suprascriptam. *x*) pellis avertitur.

bum non sentit (quod genus passionis mulomedici coriaginosum appellant, contingit autem nimio labore), perungendus est oleo primum rutato, ita ut omne corpus perungas, et hac postea potione sanabis: cariotae, tracanthi, rutae silvaticae, nepetae montanae unc. s., apium, mellilotum, absynthium ponticum cum vino, et aqua calida dabis. Omnia suprascripta cum aqua coquis, et sic postea cum vino dabis. Aliud, quod apud Tuscos amatores asturconum ego didici: gramen, quod in terra nascitur, idest radicinas ipsas, quas plerumque aratrum evertit, collectas quantas volueris, et totas *y*) diligenter, cum hordeo et cum paleis minutis dare cotidie convenit; nam et equis aetate adhuc minoribus praebere eundem cibum utilissimum est.

Aliud: lupinos coctos, sed satis dulces, ita ut et homo manducet, ad satietatem comedendos equo praebeto; accipere autem ultra modum cotidie debebit. Si autem dulces lupini non fuerint, strofum faciunt, et dolore ipso maciem. Aliud: castaneas furnatas (*sic*), tostas et tunsas in pilo cum hordeo praebeto, ita tamen ut nec satis minutae sint castaneae, nec rursus integrae: haec omnia hieme facere convenit: posteaquam sese receperit integrum corpus, adhibeas se se cibis *z*): tunc faba et hordeo puro nutriendus est. Custodiendum est sane, ut integra corpora, praesertim in equis, perseverent; quae hoc modo custodiemus; cotidie manibus multorum fricetur; ac multum *a*) prodest pressa manu subegisse terga equi, quam si largissime cibos praebeas. Multum autem refert robur corporis, ac pedum conservare; quod utrumque custodimus, si idoneis tem-

y) tostas. *al. lotas.* *z*) adhibeas cibos *a*) multo plus.

poribus ad praesepia, ad aquam, ad exercitationem pecudes duxerimus; aut si iter fecerint, et frigus sustinuerint, frigori fomenta adhibeantur, et calefacto oleo lumbi ungentur, caputque et spina tepenti adipe vel uncto linentur. Si urinam non fecerint, plurima in hoc libro remedia invenies: lassitudini autem et labori quies remedio est, ita ut molliter cubet, et in fauces oleum, vel adeps vino mixta infundatur. Si aestus fuerit passus, posca cum puleio nares et faciem foveto, et ova tria cum vino faucibus infundito. Ante omnia sane curae tibi sit, ut stabuletur sicco loco; humore enim madescunt ungulae, quod facile vitamus, si aut stabula robureis assibus constructa, aut diligenter subinde mundata fuerint.
Item si omnis diligentia adhibita fuerit, et cibaria largissima suppeditentur, et nihilominus adtenuatus sit equus, etiam hoc scire te convenit, quod frequenter equi per noctem fatuo ficario [b]) vexantur, unde dolore turpissimo afflicti, et frequenter inquietati adtenuantur: cui succurrendum hoc modo Cornelius Celsus iubet; ut ossa canina combusta et contusa cum axungia veteri commixta, offas impares cum vino faucibus mittas diebus octo, et locum, in quo sunt, sulphure, vino, et carbonibus purifices: erit salutare remedium. Item potio incomparabilis Columellae: Macies aut languor summovetur saepius data potione, quae recipit semunciam sulphuris, ovumque crudum, et myrrae pondus denarii: haec tria vino admiscentur, atque ita faucibus infunduntur; sed et tussi, et dolori ventris eadem ista medentur.

b) *al. fauno*

CAPUT III.

AD FEBREM.

PELAGONIUS ARZIGIO SUO

Febricitantis signa sunt caput in terram dimissum, nec elevare altius cervices poterit; oculi erunt aliquanto tumidiores, et labra laxiora; tunc crebra suspiria, tractus illorum [e]) gravis, et flatus calidi. Similiter et omne corpus calidum, testibus etiam laxioribus, nec non crura tardiora, nec ducenti ossequitur, sed invitus trahitur, nec se volutare poterit, sed in latere iacebit. Evenit autem plerunque febris aut nimio labore, idest cum cursu agitur, et post cursum non competentibus cibis aut potionibus curatur; aut frigore, cum diligentia congrua post frigus non adhibetur; aut nimio aestu, aut cruditate frequentius aut hordeo novo contrahitur.

Febres autem sic curantur. Sanguis de temporibus mittitur, et de facie, et ab omni cibo abstinetur; tantum potum praebendum esse iubeo moderate, et alia die deambulet sensim, et stabuletur calido loco, si temporis opportunitas patitur; herbis viridibus recreandum est aegrum pecus; si tempus in hyeme est, foenum, et hordeum, et tisanam praebere utilissimum est. Plerumque autem etiam cum non febricitat signa in ipso eadem invenies, idest gravatam cervicem, caput ad terram dimissum, recumbere in latere: hordeum praebeto; si appetierit sine febre est. De labore, vel de ostocopo talia eveniunt. Si autem febriat, et hordeum recusat, et anorectus (*sic*) plerunque

e) iliorum.

est, et tristis, solum tamen potum requirit; febris autem triduo si perseveraverit, moritur. Qui autem aut tactu auriculae, aut venae, quae in latere est sub armum, putant se posse febrientem intelligere, verae rationis ignari sunt, quia nec ostendunt se de venis intelligere febrientem; et tamen ei qui de labore vel de ostocopo supradicta signa habuerit, sanguinem detrahere contrarium est, quia et labore fatigatus, et sanguinis missione exhaustus sine viribus fit; febrientem utilissimum est sanguinare, quia et leviora sentit suspiria, et venae ferro relaxatae recipiunt citius sanitatem. Ad febrem interiorem discutiendam, tracanthi, hormini semen — *ij*, rossyraci optimi ∴ *ij*, piperis albi ∴, passi sext. *ij*, ypopanacis ∴ *iij*, lini seminis ∴s., myrrhae trogliticae (*sic*) — *iiij*, trexogoni — *viij*, malum terrae — *viiij*, baccae lauri *iiij*. s., thuris masculi — *iij*. s., piperis nigri — *ij*. s., gentiauae — *iij*. Si equus febrierit, aut macilentus fuerit, vel si quid intus doluerit mannae thuris — *ij* s., iris illyricae selib. —, piperis —, baccaelauri —, apii seminis —, cum passo potionabis. Ad febrientes omnes equos: febrienti sanguinem aut de palato, aut de matrice detrahe, inde ysopi lib., abrotoni selib., lactis caprini sext., amuli (*sic*) quantum aextimaveris, olei boni — *iij*, et herbam urciolariam conteris, et sucum eius expressum ceteris misce, et per cornu faucibus infundes: erit salutaris potio.

Potio alia: lactis asinini sext., olei cyath. *ij*, croci scrp. *ij*, myrrhae scrp. p. *ij*, apii sem. coclearium plenum: haec terito bene, et dato cum lacte et oleo, et farinam triticeam cum aqua tepida hyeme, aestate farinam hordeaciam cum aqua frigida dato. Si ilia tensa habuerit et non desinet febris, necesse est eum inuri, et usta curari. Item aliud: lactis caprini

hem., amulum et ova n. *iiij*, olei cyat.: herbam urciolarem conteres, et succum eius cum ceteris rebus misce, et potiona per dies sex: sanabitur. Unctiones ad febres: rosae selib., olei veteris lib., aceti hem. n. *iij*, olei cyprini lib. s., portulacae et nucis amarae selib., mentae, et rutae quantum sufficit; teres, et uteris. Si equus febrierit, ex necessitate sanguinem detrahes, et potionas sic: gentianae selib., aristolochiae — *iiij*; ysopi ـ, *ij* absinthii — *ij*, abrotoni — ij, caricarum selib., apii sem. selib., rutae fasciculum in caccabo sed pleno cum aqua decoques ad tertias: cum videris nigrescere, coctum est; inde hem. cum ceteris ss. [c]) simul misceto, et per cornu in fauces infundito; et hordeo abstineto. Potio simplex ad febrientes equos: foeni graeci sucum bene coctum cum apii fasciculo, et rutae, et meliloto, ysopo cum melle per cornu dabis.

CAPUT IV.

CURAE AD ARMOS

PELAGONIUS FALERIO SUO.

Si armos laeserit, aut sanguinem demiserit, medio fere in utroque crure venae solvuntur, et thuris polline cum eo, qui profluit sanguis, immixto armi linantur, et ne plus iusto exanietur [d]), stercus ipsius iumenti fluentibus venis ad modum fascis obligetur; posteroque die ex iisdem *locis sanguis detrahatur, et eodem modo curetur, hordeoque abstineatur, exiguo foeno dato; et post triduum*

[c]) suprascriptis. [d]) exinanietur

deinde usque in diem sextum porri sucus instar trium cyathorum, mixtus cum olei hem. faucibus per cornu infundatur. Post sextum diem *) lente in pedem cogatur, et cum ambulaverit, in piscinam mitti convenit, ita ut natet. Sic paulatim firmioribus cibis adhibitis ad sanitatem perducitur. Item aliter; si leniter doluerit, vino et oleo perungito; nam si validius dolet, ventum in armum mittito, et pertundito a summa iuba infra digitos octo, ne cartilaginem tangas. Cum inflaveris, virga molli armum caedito, et sale et oleo confricato ipso die; et postero die tracta uteris; cuius haec erit compositio. Simulae sex. *ij* si non habueris, pollinem triticeam cum aceto et cum ovis duobus, sed de ovis album per se mitte, adicito et thuris — s.; haec omnia manu subigito, et armo induito, et per dies multos armum aqua calida foveto, ut madefiat: cotidie tractam imponito, inde vino puro armum foveto, et baccaelauri selib., olei sext.; nitrum et baccas contundito, et cribro minuto cribrato, et in unum omnia suprascripta misceto; ante tamen aqua calida armus perfundatur, et in sole suprascripto medicamine curetur; inde syncrismate; et si fuerit necesse, aut eiecerit, ex more ad rotam armum reponito, et ss. e) medicaminibus curato. Si non profuerint, ultimum est ut inuras. Unctio ad armorum dolorem: afronitros, vinum, oleum, passum, axungiam, bulbos, in se universa permisces, et inde armos perfricas.

Calefactio ad armos: baccarum lauri lib., nitri lib., sulphuris vivi ∴ *iij*, picis liquidae sext. *ij*; omnia bene tunsa vino et oleo permisce, et uteris.

*). *Locus hic ab librario omissus, a Politiano in codice reponitur.* e) suprascriptis.

CAPUT V.

CURAE ET MEDICAMINA QUAECUMQUE IN CAPUT POSSUNT ESSE.

PELAGONIUS FALERIO SUO.

Capitis dolorem indicant lacrymae, et aures proiectae, et cervix ad terram demissa, et facies incerta. Huic sanguinem de ore detrahe, et da potiones, quae ventrem moveant. Si tumor fuerit, plerumque periculum affert. Curari debet his potionibus, quae ventrem movent; similis est enim cura his qui hordiantur. Sin autem ventris fluxus cito steterit, et oculi albi fuerint, nihil mali evenit: oculos tamen cura.

Ad capitis gravedinem: ante omnia purgandum est caput; purgandum autem hoc modo: inmula, muforbium, thuris pollinem vino decoque, et sole calido naribus infundito: post modicum olei rosacii aliquantum, p. p. ſ) vim medicaminis, in nares mittito. Ad dolores auriculae: aceti acris aliquantulum, cum oleo veteri, et cum afronitis (*sic*) in aurem mittito; aut vermiculos *), porcelliones qui appellantur, cum butyro, et rutae uno fasciculo in oleo ferveant, et cum tepuerint in aurem mittito; aut adipes gallinae percolatos cum nardo in auriculas mittito. Sin autem cerebrum commotum habuerit, diligentius sanari debet, ne periculum afferat. Signa tunc in ipso haec erunt: perversus ambulabit pedibus incertis, et interdum cuilibet aut stipiti, aut iacentibus lapidibus pedes offendit, coxamque contrahit: si mula erit iungatur arctius iugo, ita ut sudore et labore omnis dolor discutiatur, ut post

ſ) propter. *) *al. vermiculi*

laborem melius curetur. Curabis autem his: baccas lauri nn. g) *xx*, et nitri lib. terito minute, et rutae manipulum viridem cum aceto, et oleo laurino tepefacto perungito caput medium inter aures, et lanatam pellem madentem his medicaminibus pro cerebellari superimponito. Item aliud: farinam hordeaciam mixtam resinae durae imponito; curare autem debes, ut reliqua pars corporis aliis potionibus nutriatur: cancros fluviaticos tunsos et mixtos lactis caprini sext., et olei cyatho colati, per os infundito. Si parum cancri, vel lac suppeditaverit, aquam mulsam facito de mellis cyathis *iij*, piperis albi ℥ *j*, croci scrp.; apii sem. scrp. *ij*; haec conterito, et dato per os. Ad capitis purgationem malum terrestre legis, et findes in multas partes, et contra solem, aut in furno siccas, et tundis in pilo marmoreo diligenter, et cernes, et inde caput purgas.

Item aliud: farinam hordeaciam cum pastellis qui ss. h) sunt per aestatem; si per hyemem cum farina triticea eodem modo dabis. Item si aures doluerint, diligentius curato ne insaniam i) convertatur. Ante omnia debes diligenter aures purgare, ne quid intrinsecus sit, quod aut dolorem faciat, aut laedat. Si nihil horum inest, spongiam mollem nitro et aqua maceratam in auriculam mittito, et una nocte eadem spongia in auricula perseveret.: postero die foveto aurem nitro, et aqua calida usque dum dolor lenietur.

Item si aqua fuerit in aurem ingressa, oleum vetus, et acetum aequis ponderibus, adiecto nitro, in aurem mittito, et lanam superimponito. Si vulnera erunt, lipara curantur. Si equus glandulas habuerit inter

g) numero. h) suprascripti. i) in insaniam.

maxillas, eximito ferro; si necesse fuerit, et urito, ustum curato sale et oleo diebus octo, inde nitro et aqua diluito; si nitrum non fuerit, lotio calido aut lixivo: post vinum cum oleo, et farinam de erbo imponito per triduum, inde vino et farinam hordeaciam [m]) curato usque ad sanitatem. Si parotides habuerit in faucibus, vel tubercula apparent, fomenta imponito, ut et maturentur et aperiantur, et cum aperuerint linteola minuta cum oleo et aceto vulneribus imponito, usque cum pura siut et munda; inde licio [n]), et medicamine ss. curato; et cum ad sanitatem eadem vulnera pervenerint, de malis granatis siccis pulverem facito, et spargito: sanabis. Si caput a pletura, aut a perfectionibus [o]) plenum habuerit, sanguis aut de temporibus, aut de ore emittendus est, et cretae duas partes, et unam partem calcis vino austero temperabis, et calidum capiti impones. De humoribus narium, quia quo loco exeant et facile intelligamus, muccus limpidus cotidianus est, nec te terreat; crassus, candidus a cerebro; rubeus, tenuis, frigidus a perfectionibus [o]) veteribus; coeruleus lenis ab interioribus, qui febres indicat; crassus, spumosus a pulmonibus, qui suspiriosos ostendit; foecaceus, spissus a glandulis. Haec sunt quae maxime observare debemus, et memoriae tradere.

Equus si cerebrum percussum habuerit, hinc intelligere poteris: spasmos repente patietur, horret, timet, cibum, hordeum recusat, totus in priorem partem se tendit. Utilissimum est sanguinem de temporibus mittere, et spongiam afram maceratam aequis partibus rosa et aceto capiti imponere, et cibos virides praebere. Si nec cibos virides appetierit, fa-

m) farina hordeacia. n) luito. o) perfrictionibus.

bam molitam cum farina triticea, et aqua mulsa per cornu in fauces infundito, quandiu cibos virides appetat, quos aqua salsa macerabis.

Si equus glandulas habuerit, farinam hordeaciam cum aqua mulsa, et resina, et axungia calidam impones, donec foras erumpent; et si vulnera fuerint, traumatico curabis; et si parotides fuerint, similiter curabis. Ad capitis pondus, et si per nares satis mittit, potionabis hac potione: sinapis acetabulum cum mellis acetabulo diligenter teres, et cum vini hem. potionabis diebus novem: salutarem dicunt.

Si cui equo in naribus cartilago fuerit rupta, et sanguis nimius eruperit, et abstineri non potest, spongiam cum aceto, et thuris polline imponito, quandiu vulnus fiat, vulnus autem traumatico curato. Ad parotides: cataplasmabis triticea polline, resina, et aceto, et axungia; postea cum maturaverit, exsecato. Item sanguinem de palato cum tuleris, et supprimere eundem sanguinem non potes, spongiam frigidam imponito, et caput, et os, et renes, et testes aqua frigida foveto. Si edere non potuerit, acaciam nigram, thuris pollinem aequis ponderibus aceto acri temperabis, et toto capiti superimponis. Si equo lingua incisa fuerit, linguam consuito, irim permixtam melle subigito, et imponito, et vino lavato cotidie, et sic persevera usque ad sanitatem. Unctio capitis: rosacium, castoreum, nuces amaras, rutam viridem aceto commisce, et sic utere.

Item ad strumam, et parotidas: cerae dragmas *xxviij.*, resinae terebintinae dragmas *xxvj*, galbani dragmas *iiij*, ammoniaci dragmas *xiv*, olei aestate cyathos *vj*, hyeme olei cyathos *viij*.

Item si dentes aut gengivae doluerint aegro, hordeum integrum devorat, et corpus attenuat; tunc gen-

givae intumescunt, et salivae defluunt. Tu diligens, ne quid diligentiam subterfugiat, etiam hoc curare debes: resinae terebintinae dragmas *xxvj*, mellis dragmas. . . , galbani dragmas *iv*. Est pondus autem mellis no. (*sic*) foeni quantum mittendum sit, bis cretam cum aceto acerrimo misceto, et calidam in maxillis imponito diebus sex, et ter in diem melle, et mali granati cortice tunsa gengivas perfricato.

Ad glandulas: axugiam veterem cum alio purgato, et simul tunso diligenter molaxas, et inde glandulas foris, aut fauces perunges.

CAPUT VI.

CURAE ET MEDICINAE AD TUSSES OMNES, VEL AD VULSOS; APOPIRAS PELAGONII.

PELAGONIUS ARZIGIO AIT.

Arum gallicum tundis, et purgas in pilo marmoreo, et iungis axungiam veterem, et simul diu tundis et facis pastillos, quos cum melle, et oleo, et passo, et ovis bene mxituratis iungis, et per triduum deicis, aut resolvis, et per cornu dabis.

Item aliud Emereti mulomedici: fabae fresae, i. *) lomentum — *vj*, infundis in passi sext. *iij*, et mittis in mortarium piperis grana *xxx*, et teres.

Item adiunges sevi hircini lib., et teris simul; postea adiungis et fabam infusam cum passo, et omnia simul diligenter deteris, et per cornu dabis triduo.

*) idest.

Item aliud: in vino veteri infundes fabam, et postea deteris adiuncto oleo, tantum quantum duplum fuerit vinum, idest, ut sint vini sext. *iij*, fabae sext., olei sext.: haec omnia simul deteris, et dabis per triduum. Item aliud etiam ad vulsos: inconditi sext. *ij*; infundis ante triduum fabae hem. et sic teres diligenter, et dabis triduo. Item aliud: arum gallicum tundis diligenter, et postea commisces simul herbam parietariam teneram, et simul denuo tundes diligenter, adiuncta axungia veteri: haec omnia simul denuo tundes, et facis pastillos, quos impares triduum dabis in melle et butyro.

Aliud ad tussem cotidianam: porros decoques, et cum herba parietaria bene tunsa commisces, et iterum tundis, et facis pastillos, quos in ovis et oleo rosacio et passo et melle dabis per triduum. Quo tamen triduo et sucum ipsius condituraе per cornu deicis, adiuncto suco herbae parietariae.

Ad tussem mutatoriam Pelagonii: lasar iusta modum magnitudinis nucis abellanae minoris in vino veteri deteris, et una die per cornu dabis.

Ad tussem, quae pulmonibus nascitur; vel si renes percussos habuerit, aut ex nimio sudore complutum (*sic*) fuerit, sic curabis: pastillos facies costi — *ij*, ysopi fascem, panacis radicis — *iij*, myrrhae troglitis — *iiij*, melliloti — *iiij*, et nuclei virides [d]) — *iiij*, marrubi masculi — *j*, centaureae *iij*; haec omnia tunsa et cribrata cum optimi mellis hem. in vas mittes et coquis: cum pastillum fuerit factum uteris. Aliud ad tussem: marubium, cum myrrha, et thure, et vino optimo potionabis.

Aliud ad vehementiorem tussem, vel si male os ei oluerit, vel lacrimae decident, potionabis sic:

d) viridis

mannae *iiij*, myrrae *iiij*, thuris — *ij*, croci — *j*, tracanti — *j*, mellis despumati — *iiij*, ysopi fascem *j*, vino albo omnia mixta dabis, donec sanus fiat : aquam sane tepidam praebebis.

Aliud [e]) tussem, quae pulmonibus nascitur: ysopi fasciculum, myrrae troglitis — *j*, croci — *j*, lasaris scrp. *v*, dauci cretici — *ij*, herbae sabinae — *ij*, dictami scrp. *iij*, castorei sem., mannae croci — *ij*, opi — *j*, nasturtii — *j*, omnia melle et aceto decocta permisces, et uteris.

Ad tussem, vel ad gravedinem capitis: oleum rosacinum, vel certe simplex, sed summum cum aqua calida sed tepida per nares deiicis per triduum.

Ad tussem, vel ad vulsos: arum gallicum tundes diligenter, et postea herbam parietariam, et denuo simul tundis, et sic adiungis axungiam veterem, et omnia simul tundis diligenter, et facis pastillos, quos cum melle, et butyro deicis per triduum.

Glutinatoria ad vulsos, sive hyemalis. Tracanti — *ij* infundis in calida, et mittis in caccabum foeni graeci hem. infusam, et lini semen hem., sevi hircini lib., medullae cervinae ∴ *ij*, radiculas tracanteas ∴ *ij*, sevi taurini ∴; sed prius tracantum teres, et mittis illum in caccabum cum lini semine, et foeno graeco, et fervet tandiu, quandiu diligentissime decoquatur in aqua, in qua infuderis tracantum. Sic postea omnia simul commisces, et deteris, et mittes in caccabum passi sext. *iij*, decoquis, et sic per cornu deicis triduo.

Item alia Emeriti. In aqua acronem pinguem porcinum decoque, et postea exossa, et mittis illum in caccabulum cum passi sext. *iij*, et sext. tisanae iam

[e]) ad (*addit*)

infusae, et ipsa simul sint in aqua, in qua acro decoctus est, vel tisana infusa: adiungis simul praeterea gluten taurinum, et aceti agri hem. dimidiam, et sic omnia simul tandiu ferveant, ut choelon *f*) faciant. Praeterea lini semen, tracanthum, iam infusa in calida, cum foeno graeco decoquis; et posteaquam coxeris, teris in mortario marmoreo; et sic adiicis ad superiora, et iterum decoquis. Quae cum omnia simul diligenter decoxeris, adiungis sucum herbae parietariae, et medullam cervinam cum sevo hircino, et sic omnia simul decoquis, et facis potionem, quam per cornu dabis diebus septem, aut novem. Sane intepescat contra focum potio, et sic detur: quae si satis fuerit, spissa passis *g*) plus accipiat.

Ad vulsos de recenti. Capitulum agninum in aqua decoques tandiu, quandiu totum decoquatur, et adiungis modicum mellis, et dabis per cornu cervino *h*) diebus septem.

Ad tussem, quae de faucibus nascitur. Myrrae ℥ ij, lini sem. fricti sext., cardamomi sem. ℥ j, uvae passae sext., nudei sext., mellis ℔.: haec omnia diligenter teris, et mel addis, et sic omnia trita commisces, et agitas diu, et facis pastillos ad modum nucis, et sic ternos diurnos dabis diebus quinque, vel septem.

Item aliud: occidis pullum, et cito illum despicas, et tolles ventrem, et sic quo. *i*) est, cum stercore suo involvis illum in melle, et deicis cum calet pecori per canalem. Certissimum est.

Ad tussem gravem: pilulas cupressi decoquis, et purgas diligenter, et in pilo marmoreo cum axungia contundis, et arum gallicum simul, et folia tenera herbae parietariae, et facis pastillos, quos per tri-

f) chylon. *g*) passi. *h*) cum vino. *i*) quomodo.

duum impares in melle, oleo, vino, passo, ovis tintos deicies; aut si hoc displicet, omnia simul commisces cum oleo rosacio, et melle, vino, passo, et ovis resolvis, et teres; per cornu deicies. Sane si pilulas decoquere volueris, ipsa folia cupressi subsiccas, et tundis, et facis pulverem, cui admisces omnia superiora.

Ad tussem, quae de faucibus nascitur. Myrrae *ij*, piperis — *ij*, lini sem. fricti sext., cardamomi sem., uvae passae sext., nuclei sext., mellis p°. *ij*; omnia trita bene, melli bene calefacto, et cocto adiungis, et agitas diu, et facis pastillos ad modum nucis, quos ternos diurnos deicis diebus septem, aut ultra.

Ad tussem gravem. Ante omnia purgandum est corpus: tussientes purgabis autem sic. Cucumerem silvaticum vel radicinas (*sic*) eius cum nitro alexandrino conteres, et iniuncto vino veteri deicis per cornu, et post diem tertium remedia adhibebis talia. Scillae vastiores partes quattuor tundis diligenter, et adicis laseris summi tantum, quantum fabae magnitudo est, et commisces vini albi sext., et olei veteris libra, et denuo omnia simul deteris, et potionas per cornu per os. Sane laser vino resolves, et suffis illum istis suffimentis: sandaracae *j*, et asflati [l]) unc. *j*; alium et caepas omnia aequaliter ponderas, et teris, et facis partes tres, de quibus singulis per singulos dies positis in carbonibus suffis. Sane caput illi cooperis, et oculos illi ligas. Quem posteaquam suffieris, sic potionas: vino sucido commisces adipes cervinos sufficientes, vel berbecinos, quos resolvis cum vino, et adiungis modicum cerae, et teres, et cum tepet per cornu deicis.

Item aliter. Pacion [m]), quod graeci appellant, la-

[l]) asphalti. [m]) prassion, πρασιον.

tini herbam marrubium, deteris, et cum oleo, modico sale, et vino sucido commisce, et potionas.

Pastillos ad tussem. Petroselini macedonici sem., dauci — *j*, myrrae *j*, spicae nardi —, costi —, tracanti, tripistae —, acori — *j*, piperis —, croci —, guttae ammoniacae —, cassiae — *j*. Haec omnia tundis, et cernis, et ex aqua mulsa pastillos facies, quos febrientibus [n]) ex passo dabis. Sane tracanthum ante pridie in mulsa infundis.

Potio ad omnes tusses. Tracanti — *j*, ormini seminis libra, cymini —, croci ∸ *j*, myrrae ∸, spicae nardi —, piperis — j, passi sext. *ij*.

Ad tussem siccam, et ad arteria consticta [o]), et ad suspirium, et ad spasmum. Ysopi selib., foeni graeci selib., lini semen selib., tracanthi selib., ari gallici selib., rutae viridis selib., alium sane coctum usque ad tertias, et da tussienti per triduum, volso per dies novem. Certissimum est remedium.

Ad tussem veterem, et ad suspirium, et ad hanelum, et ad synachem prodest si mox dederis styracis rubeae — *iij*, mirrhae troglitis — *ij*, iris illiricae unc. *ij*, galbani unc. *ij*, resinae terebentinae unc. *iij*, herbae symponiacae unc. *j*, opii semiunciam.

Ad tussem equorum: melissae lib., axungiae lib., caricas n. *xv*; pinam unam comburito diligenter, et pulverem facito, addito et hiem (*sic*) liquaminis boni, et cum columbis coctis offas facies, et dabis: satis prodest.

Ad tussem Emeriti mulomedici: haederae folia, et populi albis [p]) aequo pondere teris, et cum vino albo per narem deicis. Aliud: junci semen cum foeno commisces. Aliud rutae folia mollia teres, et cum vino candido per nares deicis, et faenum,

[n]) tussientibus. [o]) arteriam constictam. [p]) albae

quod manducat, sucu cucumeris silvatici spargis: melius est tamen omnibus, cucumeris semen miscere cum vino, et radicem ipsius siccam, et pisatam cum hordeo commistam dare.

Ad tussem, vel ad suspirium: apopiras Pelagonii. Sulfur vivum, et rosmarinum cum melle, et cum vino mixtum per sinistram narem mittes.

Ad tussem: panacis radicem pisatam, vini hem., olei cyat. *iij*, per os deicis, aut per narem sinistram.

Aliud: radices tritas cum vino hem. per narem sinistram deicis. Aliud; rorismarini scrp. *iiij*, myrrae scrp., croci scrp. *ij*, cum vini sext. et olei hem. mane per narem deicis, hem. in die. Aliud. Arrethi acetabulam unum, iris acetabulum, rutae scrp., olei hem. dimidiam mane per os dabis.

Ad suspirium, vel ad tussem. Mori radicem tertiam partem scrp., aut heliotropi scrp. dimidium diligenter tritum, cum vini calidi hem. per os deicis.

Ad tussem, Columellae. Recens tussis celerius sanatur pinsita lente, et ab abulis separata, minuteque molita; aquae calidae tantundem mensurae lentis misceto, ac faucibus infundito per triduum. Certissimum remedium est.

Vetus tussis discutitur porri succo trium cyathorum, cum olei hem. compluribus diebus in fauces infuso.

Ad tussem, vel ad vulsos: panacis radicem unc. *ij*, sulfuris vivi —, thuris masculi — *ij*, myrrae troglitis — *j*, in unum contundes, et cocliaria duo cum duobus ovis, et vino faucibus infunde: certissimum, et salutare remedium est.

Ad tussem; physicum Emeriti mulomedici. Arboris ulmi partem comburito, et in cinerem lenem, idest favillam, quam appellant, tollito, et in aqua co-

lari permittito; inde aquam ipsam, idest lixivam, cum aequa mensura olei, adiunctis tribus ovis, dato per dies quot voluerio.

Ad tusses veteres, et vomicas. Sucum marrubii exprimito ℘. unius denaii, (*sic*) caricas siccas, idest ficus n. *xxv*, mellis attici, aut siculi sext. 4 in olla nova decoquito ad dimidias; cum decoxeris eodem adiicies myrrae troglitis —, dauci —, cassiae fistulae — s., cinnami sem., thuris masculi —, aristolochiae — *ij*, ypopanacis —, iris illyricae — s., panacis radicem —, et haec omnia conterito, et in olla, in qua ficus et mel bullierit, sinito, uti ferveat paulisper, ut se animet; deinde eximito, et condito in vas rude ligneum, aut plumbeum, et uteris: cocliaria bina: si non habueris mel atticum, uteris siculo.

Ad suspirium, sive ad tussem: herbam urciolariam, baccas lauri, herbam Jovis, radices cucumeris silvatici scrp. *v*, in unum contusa, et cribrata; potionem dabis ex aquae hemina, et olei cyatho.

Ad vulsos, sive ad tussientes: lenticulae tostae, et tritae, et cribratae, et lini semen, et foenum graecum; haec friges, et cribrabis, et ex singulis cocliaria singula dabis, et arum gallicum admisces quantum voles.

Ad tussem. Schoenvathos ℘. *xiiij*, ypopanacis ℘. *xiij*, spicae nardi ℘. *xiiij*, myrrae ℘. opii ℘. *xiiij*, croci siculi ℘. *xiiij*, filinardini ℘. *xiiij*, costi ℘. *xiiij*, mellis attici ℘. *xij*.

CAPUT VII.

PELAGONIUS FESTIANO AIT.

Sollicito tibi de singulis curis pecorum, et ad dolorem ventris, vel ad strofum remedia exquisita de multis auctoribus mittenda, cura ut passionibus singulis congrua remedia adhibeas. Et primo diligenter signa insicias [q]), dehinc, prout exegerit passio, promenda [r]) medicina est.

Al ventris dolorem sive ad strofum; panacis radicem scrp. *ij*, aristolochia scrp. cum vino dabis.

Aliud: erucae sem. acetabulum cum vino teris, et potionabis. Si equus peduculos intestini habuerit, intelligitur cum frequenter torquetur; coriandri sucum, sinopidem, ypopanacis paululum um (*sic*). In alio inveni singularium specierum p̊. quaterna dena esse, non quaterna, sicut supra scriptum est: mulsa et oleo modico dabis, faciliorque cura erit si hordeo muriam [s]) asperseris.

Ad dolorem ventris: nasturti semen cum vino, et oleo tritum tepefactum dabis; aut lixivam cum vini sext., et aliquantum salis candente ferro tepefactum dabis. Aliud: stercore humano palatum fricato.

Ad dolorem ventris praecantatio: manu unta oleo ventrem perfricato, cum hac praecantatione: tres scrofae de coelo ceciderunt; invenit eas pastor; occidit eas sine ferro; coxit eas sine dentibus: bene coxisti, bene coxisti, bene coxisti.

Item aliud: pedunculos tres humanos, ita ut nec

q) inispicias. r) praebenda. s) hordeum muria.

eos nomines, sed statim sublatos de aliqua vesticula in aurem dexteram equi mittito.

Item aliud: sasonem [t]), sive gallum, aut palumbam per ventrem ei, et dorsum ter traicito, ita ut eum fasciare videaris; vivum dimittito; certissimum remedium.

Ad strofum equi: lixivum tepidum cum oleo, et modico melle faucibus infundito, et si necesse fuerit, manu inserta fimum eximito; si equo intestina doluerint, thuris, innulae, videllae [u]) uncias singulas vino optimo permixtas; tepefactum dabis.

Aliud de experimento: nom. dni. [v]) in dextera ungula dolentis equi, aut servus, aut quilibet alius scribat. Aliud: servus in os equi ter spuito.

Ad strofum equi: acori —, aneti, panacis radicem tunsam, cribratam, cocliare unum vino tepido, et olei ∴ *iiij* permisce, tepidumque faucibus infunde; aut si parum profuerit, caprifici folia, quantum satis est, et siccani (*sic*) oleris tantundem in unum conteres, et in aqua tepida per triduum dabis. Si equi intestina doluerint, fuerit tortionatus; remedium incredibile quod per se ostenditur, nom. dni. eiusdem animalis in corona pedis dexteri grafio perscribito.

Aliud: si fortior fuerit strofus, et ventum non facit, utique caudam infra coxas mittit, et convertit se ad ventrem suum, potionabis rutae silvaticae semen [x]) cum vino. Aliud; caepas decem teres, ficus siccas scrp. *viij*, nitri scrp., columbi stercus scrp. *iiij*; hinc facies, idest de omnibus, collyria *ij*, vel tria; in anum mittis. Aliud; clysteriabis suco cantabrico, nitro, malvae erraticae flos siccum (*sic*) scrp. *ij*, olei hem.. Si ventum non reddiderit, adiices

t) pavonem. u) bdelli. v) nomen domini. x) semine.

in clysterem palumbi stercore [y]) scrp. *iiij*. Post clysterem ambulam [z]), satis quiescat; sed prius ventrem calidaveris. Aliud clysterium: betas in aqua decoques, et sucum nitro misces, cum olei hem., et sic inicies.

Aliud: setam verrinam, et pinum [a]) lupinum, et mali granati corticem in lino suspendes; et si hoc parvum est, chartam puram combures, et bibere dabis cum vino veteri. Aliud: merdam leporinam cum novem cochlearibus mellis, et quindecim granis piperis in mortario cum suco de coliculis pariter terito, et per cornu dato; in. [b]) cassiterina lamella aurem sinistram pertundito, et ligato. Aliud: talos suillos, tamen qui dentem humanum non tetigerint, tres comurito (*sic*), et cum vini hem., et olei tantundem potionem dabis.

Aliud: si stercus gallinacium manducaverit, api semen cyathos *v*, cum vini sext. et mellis hem. potionem dabis, et inambulet tandiu, quandiu potio ventrem moveat. Sane si a dolore et obroboratio fuerit subsecuta, baccas lauri selib., aceti sext. *ij*, olei sext. per triduum in calido loco perunges: certissima medela est.

Aliud apopiras physicum: si stercus in alio, sic et mali granati corticem in lino suspendes, et hoc characteres facies in charta pura, et combures, et bibere dabis, et residuos characteres sane n. invenis scriptos in codice ii erunt requirendi: gallinacium comedere pullum, vel gallinam occidi facies, et ventrem ipsius, vel gallinae crudum cum stercore equo vel mulae devorandum dabis; aut quod maius est, coefinum vino dabis: eadem hora sanabitur; aut lixi-

[y]) stercoris. [z]) ambulans. [a]) pilum. [b]) inde.

vum tepidum cum oleo faucibus infundes: medebitur [c]).

CAPUT VIII.

AD EOS QUI NON MEIANT, ET REMEDIUM AD DISURIAM.

PELAGONIUS FESTIANO AIT.

Multi, quibus cordi est educatio, vel cura generis equini, frequentissime erroris subeunt culpam: nam cum equus, vel aliud genus animalis disuria vexatur, et maxime succurrendum est huic, velut strofum, aut tormenta ventris, vel intestinorum sperantes, qui [d]) duri ventris medentur et tunc cum aliud in causa est, alii rei adhibetur cura, et periculum subit; et quod verius dicendum est, rumpitur. Nam qui disuria tentatur, aut stranguria, festinandum est, ut possit urinam facere, cuius haec remedia et accepimus, et facientes nos metipsi experti sumus; nec multo disimilia signa adfert is, qui intestinorum dolore patitur, et is qui stranguria vexatur. Nam in eo, qui disuriam non sustinet, haec signa invenies. Naribus stertet [e]), terram pedibus cre-

c) *Locum hunc ita restituit Sarchianius.* Aliud apopiras physicum. Si stercus gallinacium comederit; pullum, vel gallinam occidi facies, et ventrem ipsius, vel gallinae crudum cum stercore equo, vel mulae devorandum dabis, aut quod maius est, coefinum vino dabis: eadem hora sanabitur. Aut lixivum tepidum cum oleo faucibus infundes. In alio sic: mali granati corticem in lino suspendes, et hos characteres facis in charta pura, et combures, et bibere dabis residuos. Characteres sane non inveni scriptos in codice: hi erunt requirendi.

d) equo. e) stertit.

brius pulsat, cauda ventrem percutit, et se ipse volutat; et cum elevare se voluerit, in posteriora subsidit, frequenter sane et vult meiare, et videtur quasi posse, sed non meiat; nam submittit quasi meiet, et se sic tendit: tunc etiam et caput habebit in terram et missum *f*): huic sanguinem de temporibus, aut de facie detrahendum esse necessarium (*sic*): in opistotonis contrarium est, non tantum enim siccantur sanguinis emissione nervi, et corpus contrahitur, sed et passio ipsa anorectos facit, et cum invalidum sanguinaveris, laedis. Evenit autem suprascripta passio nimio cursu, sed frequentius de itinere, cum per totum diem ambulaverit, et potestas meiandi non fuerit data; unde oportet frequentius adhortari, ut urinam faciat. Interdum et nimio otio; descendens enim acrior humor urinam prohibet: interdum nimio frigore, cum satis alserit, aut loco frigido, aut umecto steterit: hic qui frigdore *g*) hoc patitur, calore curatur, aut in calido stet, aut contra focum, aut aqua calida foveatur. Sane rohododafnen si burdo comederit, vesica ipsius rumpitur, et inde moritur. Equus autem si comederit, liberatur vino, et crebris potionibus, quae aut ventrem moveant, aut veneno resistant. Curatur autem disuria, vel stranguria sic: culiculorum fasciculos cum foliis suis decoque, inde exprime folia, et proice, et aqua in quà culiculi decocti sunt, idest ut habeat aqua ipsa mensuram sext., iunge vini hem., et olei acetabulum, et per narem dextram suprascripta infunde, et deambulet, et meiat. Item aliud: absinthium cum vino decoque ad sext. n. *h*) plenum, et ut supra per narem infundis. Aliud: ypopanacem quantum digiti minoris extremitas est, cum vino,

f) dimissum. *g*) frigore. *h*) non.

ut supra est, dabis. Aliud: radici [i]) sem. teres et cum vino, et ut supra scriptum est, dabis. Aliud: caepas longiores, quia sunt magis acriores, purgabis, et confringes aliquas quinque, et pone in ano, et ambulet, et meiat: prodest et aqua calida renes fovere. Errant tamen multi dicendo, prodesse ut manum per anum mittant, quoniam utroque contrarium est, et vesicam laedunt, et meatum ipsum unguibus vulnerant. Si tardius urinam fecerit, stercum caninum cum sale ammoniaco, vino permistum dabis.

Aliud: alei [l]) capitula duo purgata, trita, vino permixta dabis, et facies equum currere. Item aebuli radicem conterito cum vino veteri, et exprimito, et per linteolum colato, et dabis per utrasque nares. Aliud: puleium cum aqua bibendum praebebis.

Aliud ad eos, qui non meiant, Carbedoni, quod solius asseverant: dicit enim debere de prioribus pedibus ungulas subter ipsius equi radi, et teri cum vini sext., et naribus infundi. Asseverat certissimum remedium.

Item aliud Absyrti, quod se apud Sarmatas vidisse adseveravit. Nam dicit cooperiri debere eum diligenter, ita ut usque ad terram coopertoria dimittantur, ne fumus thymiamatis exeat, et sic castoreum carbonibus impositum [m]), omnem ventrem, et testes ipsius equi fumigari; statim meiat: prodesse tamen mel coctum salibus iungi, et facere pilulas in modum ovi, et in ano ponere; hoc etiam prodest, et qui (sic) strofum patiuntur. Sane ipsius passionis genera sunt tria; unum quod dicitur disuria, quando tardius meiat; alterum stranguria, quando cum dolore, et cum difficultate meiat; tertium iscuria, quando

i) radicis. l) allii.. m) castoreo carbonibus imposito.

omnino non meiat; quod non facile curatur. Cui etiam pro diligentia, et pro amore equorum remedium, et medelas negare non debes; sed calidis rebus uti ita, ut spongias calidas locis omnibus naturalibus admoveas, et potiones frequenter melle, et passo mixtis cum aquae calidae sext. prope duobus, per sinistram narem infundere facito; etiam ipsi passioni et prodest aqua, in qua betae, aut malvae fuerint decoctae, cum melle data; cibos virides dare: quod si tempus non patietur, foenum melicrato asperge, et de hordeo tisanam cum melicrato dare utilissimum est. His autem rebus praeditis, omne intrinsecus malum, quod ex acervis [n]) humoribus nascitur, dulcedine ipsa mellis, vel aliarum rerum similium dissolvitur, atque curatur.

Item ad eos, Emeriti mulomedici. Rosmarinum decoque, et de calida ipsa testes foveto. Quod si tardius meiaverit, cimicem vivum in aurem equi mittito, et alterum super naturam, qua meiat, confricato: certissimum remedium est.

Item ad eos qui tardius meiant. Porros decoques, et sucum eorum exprimis ad sext., et commisces vini veteris, et olei acetabulum., et dabis per narem dexteram, et deambulet. Hoc facies triduo, ut magis sanus sit.

Item remedium viatorium Pelagonii. Lutum de via, idest ex lotio cuiuslibet equi factum, mixtum vino, et colatum naribus infunde, et cum siccaverit lutum, eandem vim cum vino habet. Aliud: apii radicem teres, et cum vino sucido, aut cum mellicrato potionabis. Si equus veretrum submissum habuerit, nec revocare potuerit, posca frigida assidue fo-

n) acerbis.

veto: medebitur. Aliud: thus, ovum cum vino misce, et potiona. Aliud: stercus suillum aceto mixtum, et percolatum dabis. Aliud: panacis radicem scrup. *ij* cum vino tritam dabis. Aliud: rutae silvaticae sem., cum suco coliculorum dabis. Facit hoc et ad strofum. Aliud Columellae: oleum mixtum vino supra ilia, et renes infunde; aut si id parum profuerit, melle decocto, ac sale collyrium tenue inde foramini quo manat urina, vel muscam vivam admove, vel thuris micam, vel e bitumine collyrium insere naturalibus locis, vel alei spicam.

CAPUT IX.

DE LAESO DORSO; ET DE PILO TOTIUS CORPORIS, ET DE PULMUNCULO.

PELAGONIUS ASTYRIO.

Sit licet inlibatus, et omni malitia alienus tuus ille circa generositatem equorum curulium occupatus affectus, sit voluptas civiliter-grata, et omnibus nota; non enim circo, vel vulgi voluptatibus animum miscuisti, nec damna opinionis de alieno spectaculo adquisisti; et amore privato equorum, et voluptate iungendi, quam per temetipsum tibi exhibes, floruisti; quod et nobis gratum, et necessarium tibi ex superfluo. Igitur de dorso apud te pauca dicemus, licet cura istius corporis, tibi aurigae privato, non adeo sit necessaria, quia curulis equo °) a labore pars ista corporis aliena est.

°) equi, *vel curuli equo.*

Tamen ut ex omni parte integra, inlibataque corpora equorum perseverent, etiam hanc curam scire et te convenit.

Si dorsum laeserit, ante omnia otium est necessarium, ut et diligentius curetur, et post curam spatium dierum largiamur; nec tam cito iniungendus est labor, ne adhuc tenera vulnera laboris iniuriam non ferant, noxamque iterum contrahant. Curari autem debet sic: si vulnus fuerit, gallas syriacas combustas cum melle vulneri superimpone.

Item aliud faciens ad omnia vulnera: pulverem corticis pini, et calcis vivae aequo pondere miscebis, et vulneribus supersparges, aut cupressi pilulas tunsas, et cribratas vulneribus impones. Item post curam ut pili crescant, testudinem supra sermenta combures, et in cinerem diligenter rediges, et tritum in caccabum novum mittis, et aluminis crudi unc. *iij*, et medullae cervinae quod sufficit, cum vino pariter in caccabo: confricabis, et superlinis compluribus diebus.

Aliud apopiras Pelagonii. Pulverem de lupinis combustis vino mixtum superlina *p*).

Item si dorsum ab iniuria, aut imperitia sedentis intumuerit, Arcadii apopiras: mallonem caepae, idest fasciam mundae caepae ipsius dependes (*sic*) in calidam ferventissimam mittes, ut incalescat; et postea calidum super tumorem impones, aut fascia costringis; aut scordiscum superimpones, et una nocte, et die sic maneat: certissima medela est.

Item ad clavum de mercurio, vel de dorso. Farinam hordeaciam, cum foliis coliculorum contundis simul, vel teris, et imponis. Item ad cicatricem,

p) superline.

vel ut pilum ducat: fuligo ex aheno infriatur [r]). Item si dorsum motum erit: pulentam oleo et vino conspergito, et obligato; et si pulmo factus erit, decussatim secato, stercusque equinum cum oleo, et aceto, et sale frixo crudum imponito. Curasti.

Si equo spina doluerit: sanguinem de femoribus detrahe, et unctionibus calidis utere; postea baccam lauri, sulphur, oleum, axungiam, nitrum, cedriam vino permisces, et sic omne corpus, aut in calido loco, aut in sole perfrica. Item ad laesum dorsum, vel pilos recitandos, Absyrti: corticem pini combures, et teres, et facis pulverem, et uteris. Item aliud: Testas ostreorum teris, et pulverem facis, et uteris; aut corticem querci (*sic*) tere, et pulverem facis.

Item si velis album pilum nigrescere, atramenti sutorii scrp. *iij*, rhododaphni sucum scrit. (*sic*) quattuor, sevi caprini quod sufficit; omnia deteris, et uteris. Item si nulla praecedente causa pili ceciderint, spica nardi, uva passa simul in aceto tunsa, et cribrata fervescant, atque ita calidum corpori glabro imponitur. Pulvis ad dorsum ruptum: lepidae ∴, eruginis —, atramenti sutorii: omnia simul misces, et pulverem facis. Prius tamen dorsum q. [s]) vino lavas, et sic uteris pulvere. Item, si equo album pilum facere volueris: cucumeris silvatici radicem ℥p. *xj*, nitri scrp. *xij*, mellis hem. Haec omnia misce, et utere.

Item si vulnus in dorso, vel in quacumque parte corporis vermes fecerit, nec possunt abici et necarit [t]); nepetam, et cedriam, sive ciminum, vel cicutam contere ex aceto, et tertio uteris; si minus, ex calce

r) confricato. s) quolibet. t) necari.

viva et amplius accedat. Item si laesus fuerit mercurius supra dorsum, utilissimum est cauteriari subtiliter; post hibis (*sic*) cum vino, et melle conteres, et uteris: sin aliter pannis minutis cum oleo, et aceto vulnera purificabis; tunc iterum, si necesse est, cauterio uteris. Post cauterium cornu caprinum combustum, et contritum ulcerae supponi [u]), usque ad summam sanitatem.

Item si ex iniuria equus, aut nimio tractu, aut a pondere dorsum laeserit, et clavum fecerit, utilissimum est farinam hordeaciam imponere, aut cinerem cum oleo tandiu, quandiu idem clavus cadat. Cum clavus ceciderit, utere lipara cum pannis minutis usque cum ulcus per um [v]) sit. Inde lycio percurato ad sanitatem.

Item si pulmunculus natus fuerit, pulmunculum ferro eximito, et pelliculam, de qua pulmunculus fuerit abstractus, parcius dimittito, idest fortius resecato, ne epidermis fiat, et ne nimius sanguis erumpat [x]). Stercus ipsius equi vulneri superimponito; postero die folia tunsa cum oleo imponantur diebus quinque, aut pannum minutum cum oleo et aceto; et cum iam ceperit cicatricem ducere, lycio sanabis.

u) supponito. v) perviam. x) *sic locum hunc restituit Sarchianius.* Item si pulmunculus natus fuerit, pulmunculum ferro eximito, idest fortius resecato, ne nimius sanguis erumpat; et pelliculam, de qua pulmunculus abstractus fuerit, parcius dimittito, ut epidermis fiat.

CAPUT X.

AD EOS, QUIBUS MEMBRA DEFICIUNT, QUOD MULOMEDICI FORIA APPELLANT, ET AD LASSITUDINEM, VEL DE BULIMO.

PELAGONIUS FESTIANO AIT.

Diversae quidem passiones equorum, sed signa similia forsitan curantibus, vel philocalis erroris adferunt aliquid. Nam multa in equis similia signa reperimus, cum diversae, et longe a se alienae infirmitates existant; nam cum dicimus equum febrientem caput habere in terram dimissum, crebra perseverare suspiria, haec etiam et dolorem indicant capitis; cum opistotonis signa perviderís, sperabis roboris passionem, quod et nunc quibus membra aut sole nimio, aut labore deficiunt, nec stare possunt, sed complictis (*sic*) inter se cruribus concidunt, ne dolorem ventris sperans, medelas et curas strofo praebeas, et non passioni ipsi congruam afferas curam; sed in his tam similibus signis passionum sunt tanquam quaedam longe separata, atque aliena, quae facilius poteris recognoscere, si diligentior fueris. Si equus sibi aestate displicuerit, hac uteris potione. Tracantum, myrram, crocum, irin illyricam, pollinem thuris, herbam mercurialem, chamaepityn, chamaedapnen (*sic*), cum caprino lacte permisce, et faucibus infunde.

Ad eos, quibus membra deficiunt. Abstineri eos potu Celso placet, ut sitiant satis. Tunc dicit, debere eum sitiente *y*) in aqua frigida hora una stare; re-

y) sitientem.

medium asseverat. Florus iubet ulmi folia tunsa cum vino faucibus per cornu infundi; nos experiundo scimus, profuisse tritici farinam cum aqua frigida data [z]), aut ova triginta cum puleio, et posca oleo faucibus infunsa [b]).

Item si equus aestuaverit, brassicae folia cum apio tunsa, vini sext. mixta per narem sinistram infunduntur. Item aliter, si fortius aestuaverit, petroselini, hormini seminis, drauci [a]), silis gallici, abrotoni, alis ([sic]) seminis, scoeni aequis ponderibus tunsa, et cum aqua mulsa data, aestus relevant.

Item ad bulimum, Absyrti. Utilissimum, et necessarium est domino philocalo bulimoso succurrere; nam equi interdum famem sic non ferunt, ut concidant: cui succurrendum, non magno sumptu, manifestum est. Nam cum bulimaverit, panis mundi mollem partem vino infundis, et cum vino ipso confricans qi. [c]) chylon ([sic]), et per cornu faucibus infundis; et hoc quidem initiis, vel in itinere, ubi desunt necessaria, prodest: sin autem permanserit bulimus, simulae cyathos *iiij*, cum vino commisces, et per cornu dabis.

Item, in itinere si bulimaverit ubi desunt necessaria, terram vivam et vinum faucibus infunde, aut offas fac, et sic in os mitte: certissima medela est, et necessario probabilis.

Ad ostocopum: si equus aut nimia pletora oneretur, aut defatigatione itineris, sanguis de brachiolis mittendus est, eodemque [d]) sanguini iuncto oleo cum vino, omne corpus perungendum est. Dabis etiam potionem pulverem quadrigarium cum oleo, et vino. Si equus aestuaverit, aut membra omnia

z) datam. a) infusa. b) dauci. c) quasi. d) eidemque.

defecerint, potiona hac potione: lactis caprini sext., tracanthi — *ij*, ari gallici — *ij*, nuclei — *ij*, cariotae —, ysopi fascem, marrubi tunsi — *ij*; horum omnium per singulos dies sext. singulos dabis. Item ad hanc passionem aptissima: tisanae sucum, caprinam adipem, acrones berbecinos, coriandrum, anethum vetus: haec cum suco tisanae cocta, madefacta, deinde viride coriandrum bene tritum suco tisanae colato permisces, et triduo potionabis.

CAPUT XI.

CURAE AD FLEMINA

Flemina ferro candente curantur. Vulnera, sicut cetera usta, curantur. Solet et sagitta muccus, qui inest emitti; tunc spongia insuper ex aceto laserato, et marino (*sic*) imponitur. Postero die collyrium induitur, quod vessiculam, quae muccum conticuit [e]) extrahat; cuius haec est compositio. Gummi ammoniacum aceto acri commixtum levigabis, atque sole siccatum; collyria facies.

Ad recentia flemina, quae sine vulnere curantur: cancri ℘. *ij*, galbani selib., resinae terebentinae — *iiij*, thuris cyat. *iiij*, nitri selib., salis sext.: mixta, levigataque aceto commixto infervescant, et calida panno inlita, malagmatis modo, genibus circumdantur, et per alternos dies calefacta, renovataque imponuntur: vel bituminis iudeici ÷, senapi seminis ÷, rhododafnes — cum axungia levigantur; atque inlita genibus imponuntur; vel filicis aridae cum

e) continuit.

axungia veteri, et herbo cum aceto levigata; vel sinapis alexandrini selib., nasturtii selib., salis —, axungiae veteris libra, aceti quod satis est.

Item aliud ad flemina. Caustico exiccato temperatum (*sic*) aqua frigida, et imponito spongiam aceto madefactam per quatriduum. Quarto die farinam hordeaciam cum aqua imponito usque cum vulnus cicatricem ducat, inde mali granati corticem contundito minute cum lycio, locis patentibus imponito. Item aliud ad flemina, vel ad aquatilia: cineris de foco —, calcis vivae ∴ vino subigito, et facito crassitudinem mellis, et caveto ne obdurescat, antequam oblinas tubercula, quae erunt, usque cum exiccentur. Medicamine ipso uteris, si recentia erunt; si vetustior articulati *f*) subtiliter urito, usta curato, sicuti et cetera. Hoc autem vitium a labore contrahitur, si aut in duro, aut inter lapides equus fortiter tripodaverit, aut burdo maiorem sarcinam tulerit, aut mula iuncta diu laboraverit. Flemina in geniculos pergenita; rhododafnis — *iij*, bituminis lib. *iij*, nitri lib. *iij*, axungiae veteris colatae unc. *iij*.

Item ad nervorum dolores, vel ad aquatilia ex collectione sine ferro aperienda: cerae ℘ 5, adipis taurinae, galbani, videllae, piperis albi, ammoniaci quadrantes, pollinem thuris — *iiij*, bacas lauri —. Vulnera omni genere curantur: ciclaminis radices, cinerem (*sic*) cum farina herbi, melle adiecto, commalaxata, atque ita imposita prosunt. Si altiora erunt ulcera, rubricam cum melle miscebis, et cum detramine pannorum vulneribus inseris, superque pannum et spungiam cum pusca impones. Sunt et gal-

f) vetustiora, articula.

lae tritae remedia, nec minus sucus marrubii cum fuligine. Flemina sine ferro ut cures, senapis, et salis alexandrini scrp. *iiij*, nasturtii scrp. *iiij*, aceti scrp. *ij*, axungiae veteris lib. 5; omnia simul conteres, sed in linteolum inducis diebus *iij*; solves tunc spungiis ex lasere cyrenaico, macerabis, uteris; postea stybico (*sic*) recludis. Item alio genere sic facies: filicis radicem, et herbam contundis in pilo, et ficum afram, et sic uteris: est res certissima.

Item ad flemina discutienda: fici radicem, herbum, axungiam veterem, acetum acre; lina (*sic*) in linteolo, et utere.

Ad flemina polienda: sinapis alexandrini selib., fedae *g*) afrae *ij*, axungiae veteris selib, aceti scrp. *ij*.

CAPUT XII.

AD SUSPIRIUM PECORIS AIT.

Periculosissimum vitium est: malim id multi vocant, cuius genera; (* In alio et sic ad flemina tollenda: nasturtii alexandrini selib., fici afrae *ij*, axungiae veteris selib., aceti scrp. *ij*. *) graeci ita dividunt, αρθριτον, υγρην, ξηρην, λευκην, μελαιναν, quae latini articularem, humidam, siccam, albam, nigram appellant. Signa eius talia sunt. Toto corpore concidit, naribus reddit humida, et aquam multam bibit; tussit duriter, et restertit; claudicat pedibus alternis; furfurem ex auribus reddit, easque flaccidas gerit; corium eius male olet; id accidit cum

g) tedae. (**) *haec pertinere videntur ad superius caput in fine.*

perclusi sunt a cruditate nimia meatus, et exulcerati; non commeat naturalis in pulmonem spiritus. Curatio eius haec est. Sanguinem de cervice, aut de cruribus mitte, eiusque vino, et oleo permixto totum corpus perfricabis, deinde tracanti, myrrae, thuris obolos binos miscebis ovi albo, abrectaque [h]) aqua mulsa per os infundes. Cibus ei gramen erit, et modico vino oleo infusa (*sic*), hordeumque pinsitum; vel etiam iactans (*sic*) occiditur, eiusque interiora purgantur, atque ita aqua ad dimidium decoquitur, adiecto nitro ad modum, et hyosciami, et sulphuris vivi dragma una; quae colata miscentur vino, et per os tertio quoque die funduntur. Gallo etiam occiso idem hoc fieri solet. Alii caput caninum fracidum requirunt, et scillam albam, harundine in partes concisa, simul torrent; quae levigata cum vini cotulis corinthiis quinque, olei cotula addita, piperis albi triti ∴ commisce: ex quo singulos sext. per narem destram infunde.

Item aliter: suspirium, quod graeci orthoponeam [i]) vocant, cognoscitur aut cum iumentum nares arrectas habet, purulentaque emittit, et crebrius ilia attrahit, oculosque habet arrectiores; curatio eius talis est. Sanguis de cervice mittitur, isque cum oleo et aceto permiscetur, et ita iumentum ungitur; cibis in quantum fieri potest abstinetur, vel iis utitur, qui calefacere possunt, aut herbi, aut ciceris, aut triticea farina, aestate etiam hordeacia, infusi etiam tracanti, sapae, sulphuris, vel etiam catuli sanguine adiecto, et cymini triti, quod tribus digitis sustuleris. Ea omnia vino dabis commixta, vel ovi album cum melle, et nucibus pineis, i. nucleis levigatis, la-

h) adiectaque. i) ορθοπνοιαν.

cte commixto, per dies duodeviginti aut plures: dum convalescit pulmo, id facies. Si non profecerit, radicem consiliginis cute forata in pectus adiicies, vel in auriculae orciolas extremas et in prima parte narium ponis; per quod omne vitium evocabitur. Pastillos et aqua mulsa dabis, nucibusque marcinis (*sic*) cum radicibus cucumeris silvatici melle commalaxatis: ad hunc usum servabis: vel radicem mori obolos tres, levigatam (*sic*) cum vino calefacto in nares infundis. Suspiriosis prius autem cyatho uno olei, et vini sext. tunc caput purgabis; quibus, si sanies responderit, insanabile vitium est. Si per nares pus reddit, thuris masculi cum vini cotula attica levigabis, et per utramque narem tepefacta infundis, foliisque laureis nares fumigabis. Si perveretrum [l]) gallum, et catulum simul in aqua decoquis, colatamque aquam sulphuris dragmae — levigatae miscebis, eamque potionem in os eius infundes per dies continuos novem.

Ad initium suspirii: vermes de pistrino septem cum vini cyat. *vij*, ovis duobus, olei cyat. *ij* tepefacti per nares infundito. Ad equi suspirium: passi cretici sext., iris illyricae —, piperis crocei unc. myrrae troglitis —, thuris pollinem, tracanti —, uvae passae. In alio sic: uvae *v*. Haec omnia commisces et postea fauces eius melle, butyro, axungia, sale modico avenabis.

Ad suspirium validissimum, de quo etiam et suspendit ilia, et oculos, vel oculum dextrum coloratum habuerit, nonnunquam etiam maxillam tumidiorem, incessus etiam non rectus. Inter initia hoc malum citius nimia diligentia sedabitur. Considerandi [m]) diligentius; si dextra pars fuerit pur-

[l]) si perseveret, tum. [m]) considerandum.

gata sanabitur, si sinistra difficile obtinebitur. Adhibenda tamen haec sunt: duodecim venas omnes equi solvito, ita ut de quaternis sanguinem detrahas per triduum, et dabis hanc potionem: croci, myrrae troglitis —, spicae nardi —, piperis albi, aquae mulsae sext. *iij*, olei veteris sext. *j*, vini veteris sext., olei laurini hem., olei rosacii selib., lentisci hem. Omnia in novum vas mittis, et catulum dierum *x* cum fabo misces, vel mulso, et ovo *j*; diebus continuis dabis potionem ss. Ad suspirium, quod ex nimio sudore nascitur, vel ex nimio suspirio sudor, et nonnunquam etiam per nares pululeta [n]) apparent; huic passioni potio haec erit aptissima: passi cretici sext. *j*, costi — *iij*, flores ysopi — *ij*, herbae chironiae — *ij*, iris illyricae — *ij*, cassiae fistulae — *ij*, tracanti — *ij*, abrotani — *iij*, marrubii masculi aridi — *ij*, strobili viridis — *ij*; tunsa diligenter, et passo admixta faucibus infundito.

n) purulenta;

CAPUT XIII.

DE HYDROPE, VEL DE TYMPANITICO.

PELAGONIUS FESTIANO SUO AIT.

Equos hydrope frequenter vexari, et contrahere eandem passionem, non omnibus notum est, qui erroris frequenter subeunt culpam; nam cum equus hydrope teneatur, tunc aut pinguedinem, aut inflationem corporis putant: cum splenicus est, et venter increscit, naturam corporis sperant.

In his autem qui hydrope tentantur huiusmodi signa sunt. Venter crescit cum duritia; crura tumidiora apparent, et cum equum currere volueris, actus non potest, sed suffocatur, et angustatur spiritus, nec ambulare potest. Ille autem qui splenicus est, ventrem sine intellectu maiorem gerit, et cum exercetur, sternutat frequenter, et caput dolore ipso iactat. In tympanetico alia signa sunt: venter quidem crescit, et iuba et cervix rigida est, et frequenter etiam ex tensione ipsa, et tumore intestinum per meatum stercoris rumpitur; quibus haec prodesse quae ostendimus, certissimum est.

Ad hydropem: ab umbilico ad pectus versus mensuram digitis duobus, si tibi subtilior, (*sic*) contra non in latere sagitta percute, et fistulam pone per quam humor currat, aut aqua quae hydropicum facit: currere autem debet humor ad sext. *iiij*; vel si plus tumuerit, plus tolle. Sane sic iumentum liga quandiu fracescat.

Uti debes potionibus his, quae urinam moveant; assidue autem et frigare (*sic*) debes, et sudare de-

bet. Pro cibo gramen accipiat, et cicerem infusum, et de fluvio bibat, quia exercitior est, aut aquam de cicere infuso; perfundi etiam aqua convenit, et cum deambulet fasciolis crura alligabis. Prodesse etiam ferunt, si deambulent inter pigmentarios, quia odores diversi latenter pulmonibus prosunt: cui haec potio congrua est. Petroselinum pinsitum cum vino, aut mala granata tunsa cum vino, sive et apium quantum potest comedat.

Ad spleniticos. Sanguis de brachiolis detrahendus, et hordeo abstinendus, ut macilentior sit, et allium, nitrum, marrubium pinsatum cum absynthio, et cum vino austero da per cornu, et ambulet; mane spongeis (*sic*) calidis foveatur, et pressa manu fricetur. Si permanet tumor ventris, pectus cauteriari convenit, inde intermisso triduo, idest die quinta, in pectore mensura digitos ternos hac, atque illac ab hircis (*sic*), et sic rursus cauteria. Observare autem debes ne venam comburas.

Tympanetico convenit cinerem calidum cum caro *o*) in panno, aut in linteolo umbilico, vel ventri admovere. Teneri autem a compluribus debet, ne se colluctando vexet; tunc panacis radicem, et sil gallicum conteris cum oleo, et vino, et tepefactum per cornu faucibus infundes.

Item aliud: humum silvestrem, cymini seminis acetabulum, mellis tantundem, larser *p*) magnitudinis fabae, aceti cotula, in aquae sext. tribus diluis, et per os infundis, ciboque per noctem abstinebit. Si id non profecerit, latere sinistro proxime costam novissimam, per longitudinem digitorum quatuor urito, non amplius ad altitudinem digiti; usta, sicut supra, curabis.

o) *ab graec.* χαρος. *p*) laser.

Item potio ad hidropicos: conficito pastillos de melle, et butyro, et in mortario cum olei cyatho terito, et da cum vino per os; aut asparagi silvestris radicis q) duobus, et cum vini veteris sext. v, decoquito ad hrem. r); et per cornu dato. Aut panacis radicis sem. conteris, et cum vino dato: sane prodest, ut semper sitiat, nec plurimum bibat.

CAPUT XIV.

DE LUMBIS, ET DE RENIBUS, ET DE COXIS, ET DE GAMBIS.

PELAGONIUS FESTIANO SUO AIT.

Congruum est, ut de lumbis, et de renibus apud claritatem tuam pauca dicamus. Facilius enim ab eo vel intelligitur, vel curatur animal, qui frequenter dolorem sustinet similem, sicut te ita intelligimus, et nudum frequenter inspeximus renibus dissolutum. Duplex ergo beneficium te de curis istis, vel de medelis consequi manifestum est, ut tuos medicamine exquisito solides lumbos, et cum equi vexaverint s), similis a te cura, ac diligentia praebeatur.

Equi plerumque lumbos nimio pondere laedunt, aut si fossam trascenderint, et posteriores pedes resederint; aut nimio frigore. Tunc eos curari his medicaminibus convenit; ut calida lumbi rigentur, diutissime unctionibus calidissimis utaris, et postea caustico. Item si validius doluerint, venae de inguinibus solvuntur. Tunc sales, et axungia, et oleum, sanguini qui profluit mixti renibus superim-

q) radicibus. r) *ad horam.* s) *vexati fuerint.*

ponuntur, et cum necesse fuerit cataplasmabitur. Item si coxam stimulaverit sine vulnere, synerismate uteris diebus novem, inde prout proficeret [t]) curam extimabis, et si necesse fuerit, et de inguinibus venae solvuntur, tunc calido medicamine coxa curetur, idest; euforbii — *iiij*, salis sordidi — *iiij*, picis liquidae scrp. *iiij*, una decoquis.

Item si gamba intumuerit, flos foeni combustum (*sic*) cum pusca frigida uteris usque cum fervor tumoris evaporet; tunc allium contusum gambae superimponis: utilissimum fertur.

Item potio ad renes. Pillulas cupressi viridis undecim assas, nitri — *iij*, adaeque torrefacis, et in pulverem redigis, et ipsum pulverem cum mellis unc. *iij*, et olei boni — *iij*, et vini veteris sext. *iiij*, mixtumque per quatriduum faucibus infundes. Item ad dolorem lumborum: brassicae contundito hem., polentis sext. aqua frigida subigito, et imponito. Item aliud: sisimbrium cum polentis sext. aqua subigito. Item aliud: cupressi folia contundito ad hem., et polentis (*sic*) sext. aceto subactum; dolenti imponito. Aliud: resinae durae — *ij*, decoquito, usque cum liquescat, inde farinam hordeaciam supermittes tandiu, quandiu in modum pultis spissum videris; inde eum modo calidum renibus imponis. Super hoc frequenter renovabis: utilissimum est et dolori, et tumori.

Item, ad dolorum coxae synchrismate uteris diebus octo, venam ipsam interdum ducens. Tunc alio medicamento, cuius haec est compositio, uteris: euphorbii — *iij*, salis sordidi — *iiij*, picis liquidae scrp. *iiij*; omnia simul decoquis, et uteris.

t) profecerit.

CAPUT XV.

DE ARTICULIS, VEL DE PEDIBUS, VEL DE COLLO.

PELAGONIUS FESTIANO AIT.

Utilissimas, sed multo inter ceteras necessarias pedum curas dicemus, ut omnia, quae in articulis, vel in pedibus evenire aut labore, aut negligentia, aut casu conserunt [n]), ea sana, inlibata his medelis, quas ostendimus, perseverent. Roborandae sunt, et solidandae ungulae diligenter stabuli munditia; ut sine stercore, et sine humore stabulentur, ut stabula roboreis assibus constrata sint; articuli sane vel suffragines ut integrae, sanaeque perseverent, quod maxime in equis necessarium et pulchrum est, nos magna diligentia custodiemus, curantes, ne de exercitio, aut de itinere articulis lutum inhaerens permaneat; aut aqua calida articulos fovebis, aut vino lavabis: quod si utrumque feceris, melius est. Ad contusionem pedum Pelagonii apopiras: ficus siccas cum sale contunde, et ungulis imponis.

n) consuerunt.

CAPUT XVI.

AD OZINAS AIT.

Atramentum sutorium, gallas, alumen aequis partibus tunsum, cum axungia misceto, et mali corium cum aceto, et nitro adunata omnia imponito.

Item aliud: ficus, et senapi contunde, et cum aceto misce, et cum aluta patienti impone; tertio die solve. Si nihil senserit, renova medicamentum, et iterum post tertium diem solve, et cum melius habere ceperit, articulos vino lavato, et solutum dimitte. Item aliud: ypopanacem cum farina hordeacia coques in modum cataplasmae, et impone. Item ut equo ungulae crescant. Allii capitula, rutae manipulum, aluminis tunsi, ac cribrati — *vj*, axungiae veteris ℞. *ij*, stercoris asinini manuplenam, omnia conteris, et cotidie uteris.

Item ad ozinas. Fabam coquis in acqua, et postea conteres cum melle, et in panno induces: sanus fit. Item si róta vexaverit, bulbum rufum, et mannam thuris conteris, et imponis; post tertium diem solvis, et iterum similem curam imponis, post malagma uteris.

Item ad tumorem pedum: euphorbii — *iij*, salis sordidi — *iij*, picis liquidae scrp. *iiij*; omnia una decoques, et tumori articulorum superimpones. Sane si et dolor in articulis, et rurigo [v]) permanserit, prodest stercore bubulo articulos inlinire: curabis.

Ad detritas ungulas: aceto calido ungulam foveto, deinde marrubio cum veteri axungia, et rustico absinthio, permixtum [x]) ungulas perfricabis: mi-

[v]) prurigo. [x]) permixto.

raberis, et si volueris ungulam solidare, hoc medicamine ungulam perfricato.

Ad suffusionem in rapo (*sic*), equi: decus *y*) de ferro facis ita ut sanguis exeat, et nidum hirundinis sic tolle, ut excipias ne terram contingat. Hunc in aqua infunde, et colatam eandem aquam per triduum dabis; miraberis.

Ad famicem: si tam aperta fuerit famix, grana salis cum aceto apertae ungulae imponito: furfuribus calidis ungulam foveto, et post triduum, si iam humor fluere desierit, alumen scissum cum sinapide, et aceto commisce, et pone cum fervor quieverit; porcinum veretrum loco apertae ungulae distillabis. Cum non claudicaverit, solvis, et bituminabis.

Ad suffragines: alumine, et lipara cum aceto acri loca assidue perfricato.

Si equo fistula in corona fuerit nata, aeris flos ex aceto acri permisce, et cum siccaverit iniicies in fistulam, et calciabis; post tertium diem solvis: sanam fistulam invenies.

Si equus sibi pedem prodere *z*) ceperit, stercus caninum liquidum cum acrissimo aceto permisces, et pedes inlinis assidue: miraberis.

Mollities ad colla mularum sapone lavabis, postea cum aqua coelesti oleum quantum sufficiet ovi albo immisces, et omnia in se diligenter agitas, et sic uteris.

Ad colla mularum: assulas de fico putres, idest de medio arboris, siccas comburito, ita ut paulatim se in loco mundo insumant, et cum combusseris, et in cinerem redegeris, ipsum cinerem cri-

y) *f. decussim.* *z*) rodere.

brato; postea mittis in mortario cum vino veteri, olei tantundem, et album de ovis duobus, atque omnia simul commisces, et cum necesse fuerit, uteris: certissima est cura.

Si colla vel dorsum mulae ruperint, cerae lib., resinae frixae —, euriginis [a]) — *ij*, oleo decoque, et uteris. Item ne colla rumpantur mulae, aut si ruperint sic curabis: adipis porcinae recentis ℥. *ij*, aceti s. — *ij*; ad tertias decoque et coletur: utere.

Ad dolorem cervicis detrahendus est sanguis, et calidis unctionibus utendum est: cera, oleo, axungia vetere, nitro, pice liquida, sulfure, bacca lauri: haec vino permista: omne corpus perfricabis, et si necesse fuerit, etiam in balneum inducis. Post hanc curam potionabis sic: zingiber, petroselinum, argyrium, cyminum, opium, baccas lauri, mel cum vino: omnia permixta, calida dabis.

Ad dolorem cervicis, vel ad contractionem nervorum, qui in cervice sunt, cauterianda est cervix ex utraque parte subtiliter, postea axungia perungito; post dies septem aqua calida lavato, et siccata, unctionibus thermanticis perungito, lana vel pellicula cervicem circumdato.

Compositio liparae; spumae argenti — *vj*, cerae lib., *ij*, cerussae — *vj*, thuris pollinem — *iiij*, medullae cervinae — *ij*, olei ℥. *ij*; haec in unum commixta, et cocta: uteris.

Ad ozinas, apopiras Pelagonii. Pedaria (*sic*) cocta, et in pulverem redacta mittis in acetum et ferveant: panno inlitum articulis imponis, sed prius eosdem philothro [b]) levigabis.

Ad detritas ungulas, absintium viride cum axun-

[a]) aeruginis. [b]) pyrethro.

gia veteri, et sale contunde, et ungulas aceto acerrimo perfricato.

Ad ozinas: fabae cum loteo [c]) coctae, et eruginis modicum superspargis, et ea loca prius aceto lavabis, et in linteolo uteris: certissimum est. Item ad ozinas: liquidas [d]) sinapis bene triti aceto permixtum (*sic*) cum lasere modico imponito.

Ad ossilagines, vel nervos crassos, vel ad ragadia in nervis, aut si forte ab axe fuerit percussus, aut tumor aliquis fuerit, aut duritiolam fecerit, sic curabis: manuam, aceti austeri hem., euphorbii *ij*, baccarum lauri — *ij*, picis liquidae unc. *ij*, sulphuris — *ij*, axungiae porcinae lib., sinapis alexandrini — *iij*, cymini — *iiij*, absinthii afri viridis — *vj*, calcis vivae — *iij*, fedae — *vj*, thuris masculi — *iij*, resinae aeronalis (*sic*) — *vj*, stercoris columbini — *vj*, herbi pollinem — *iij*. Omnia permixta imponis, et duritia solvitur, et cetera sanantur.

Ad durandas ungulas: hederae seminis partes duas, aluminis rotundi partem unam contundis, et ungulis alligabis per dies multos.

Pedes subtritos foveri aqua calida oportet, axungiaque ungi, dehinc testam candentem ungulis admoveri, donec impatienter ferat; allio post, et sulphure simul contrito lamina candente inuris bis in die per triduum. Id etiam bubus fieri convenit.

Poplitibus autem medendum, quibus est humor: cerae, bituminis, sulphuris vivi aequis ponderibus igne remittito, calidoque poplites perungito, vel furfures cum aceto imponito.

Item si equus coronam torserit aut extorserit, aut laxaverit, hoc est quod dicitur sterma [e]),

c) lotio. d) siliquas. e) stremma, a grae. στρεμμα tortum, intortum, luxatum.

quam sic intelligimus. Comprehendis duabus manibus ungulam, et introrsum torquens, si vehementer dolet, certum est intortum unguem: sed equi curules frequenter in certamine patiuntur, cuius hunc ordinem curae accepimus a maioribus, qui est talis. Sanguis a corona mittendus est, et ipsa corona scarificanda, et confricanda aceto, et sale; tunc lana sucida cum oleo, et vino articulo et ungui imponitur, et frequenter aqua calida unguis fovetur; similisque medicina tertio die adhibetur, sed cotidie ligatur, et suffundes per dies duodecim. Sane si nihil profecerit cura, tunc necessitate cogente subter molliter raditur scalpello famicali, et a qua ternarii magnitudo tollitur, aut si plus pendet, usque ad vivum ungula aperitur, sic tamen ne os tangas. Si autem nimius sanguis eruperit, pannis mollibus carptis cum oleo, aceto, et salibus minutis, et cum stercore ipsius equi articulum cum ungula alligabis. Post tertium diem calefactiones facies. Si caro excreverit, aut stiptico, aut traumatico uteris, saepiusque scalpello cornum ungulae purgato, et tollito, ut aequaliter crescat. Tunc malagma cruda uteris, et lente ambulare coges. Novissima autem medela est inurere, si necesse fuerit.

Item si equus in articulis, aut armis crassior est, nervos aut tubercula habuerit, inure si necesse fuerit, aut si a locis compagines articulorum recesserint, ex necessitate sanguis emittendus est, et loca ipsa minute scarificanda: tunc similis cura adhibetur: lanam sucidam, et oleum cum aceto articulis imponito per dies quatuor, ita ut cotidie cures: post calido medicamine solidandi sunt articuli, cuius haec est compositio. Sinapis sext., et scordium in unum contunde, aut si vehementius ca-

lefacere volueris, etiam galbani — *iij*, cum ceteris ss. misceatur medullae cervinae — *iij*, et aceti quod sufficit.

Item si equus in articulis, aut in armis crassos nervos habuerit, sanguis ex necessitate de ipso pede detrahendus est, et aqua calida diutissime loca ipsa fovenda sunt, et calido vino, et oleo cibario per dies quinque confricanda sunt. Tunc si armus in causa fuerit, in piscinam eum, ut natet, dimitti placet. Si nihil profuerit, necessitate cogente urito reticulatim. Usta curato, ut supra.

Si suffraginem miseram, aut tumidam habuerit, cilicio confricato, usque cum sanguis eiciatur; inde farinam herbi melle consparsam panno induces, et suffraginem ligas, et triduo permaneat.

Item ad ozinas, apopiras Pelagonii. Panem cibarium in aquam infundito, et postea in mortario teres in modum cataplasmae, et alutae inducito: postea aeris flos minuta, et tritum, et in pulverem redactum supra panem, qui alutae inlitus est, spargis quod satis est, et articulis, aut his locis, quae ozinosa sunt, admoves, et lino diligenter tartarali confringes *f*) per triduum, inde solvis. Rursum similis medicina adhibetur, rursus solvitur; sic triduo sine medicamine sit: sanus fuerit, sufficit medicina; sin aliter curetur, ut ter intervallo dierum novem curetur. Sane cum alutam imposueris pedibus, equum arctius religato, ne se mordicus vexet; et certissima cura est.

Item ad nervos articulorum, vel ad minutà, aut ad luxum: cupressi folia tum desecteris *g*), et farinam de hordeo simul admisces, et decoques in

f) constringes. *g*) tunde, seu teris.

vino, et oleo sufficienti, et facis cataplasmam, quam mittis in pilum et condis cum auro [h]) gallico bene purgato, et cum hibisco bene discocto, (* et facto bene minutatim; quod postea quam tuderis diligenter, pro emplastico inducis, et ligas. Sane antequam cataplasmam commisceas, prius aurum gallicum purgatum, cum hirisco (*sic*) discocto *), et modica axungia tundis, et sic superadiicis cataplasmam de farina hordei, et foliis cupressi coctis in vino, et oleo. Hoc facies diebus novem, sed ut alternis cures.

Ad nervorum crassationem: foenum graecum, caricas afras pinsas, et cum vino imponis; post tertium diem solvis.

Item si de itinere longo tumor aut in articulis, aut genibus fuerit, prodest aqua frigida tumentia loca fovere, aut in fluvio, aut in rivo non alto deambulare; inde spongiam cum lasere, et aceto, et axungia impone: utilissimum medicamen est.

Item medicamen ad pedes subtritos: picis liquidae selib., aluminis selib., hederae folia quod sufficit; contundito omnia simul, et equo laboranti cotidie pedes perungito. Optimum ferunt medicamentum.

Ad colla deflagrantia aut, ad suffragines: axungiae — *ij*, cerae lib., aluminis sextantem, allii capitula — *iij*, contrita simul in caccabo decoquntur.

Ad horthogillos: orthogilli sunt, quibus pedes priores spanditi fuerint introrsum, contra ventrem ungulis tortis. Axungiae lib. *ij*, malvae erraticae lib. Coques cum posca, et fomentas diutissime; axungiam misces, et sic cataplasmas.

h) tundis cum aro. (**) *Locum hunc a librario omissum, Politianus in codice scripsit.*

CAPUT XVII.

AD OPISTHOTONOS, ABSYRTI.

PAPIANO SUO AIT.

Diligentissimum nutritorem equorum ante omnia hoc vitium, et hanc infirmitatem obseverare convenit. Multi enim de opisthotonis multa dixerunt, nescientes quibus ex causis opisthotoni fiunt, nec intelligentes signa aegritudinis qualia sint: quod nos multo labore diutissime signa morbi huius quaerendo invenimus, quae sunt talia. Collum extensum est, nec incurvari potest; caput non dissimile; aures rigidae, nec flecti possunt; oculi minores; ossa in facie, vel pellis ipsa tensa, et rigida; labra adaeque gravia, nec aperire os, aut oscitaveri [i]) potest; sed nec potum, aut cibum sumit civiliter, et cauda ipsius erecta est; nec se incurvare potest, aut de latere inspicere: gressus ipsos sine disciplina; pedes posteriores prioribus superimponit, sic ut ungues rigore ipso trahat; priores pedes flectere non potest, et omnia membra ipsius tensa sunt in posteriorem partem, et aut nunquam excutit se, aut difficile; et nec in priorem partem procedit, sed retro in se ipsum recidit. Hi et difficile urinam faciunt, et cum se proiecerint, et rursus levare voluerint, de posterioribus se difficile elevant, sed a renibus subsidunt, unde et nomen opisthotoni creatum est. Curari au-

i) oscitari.

tem eiusmodi genus passionis hyeme difficile est; aestate, si diligentior fueris, obtinebis, si ut ante unctionibus utaris his: adipes porcinas, resinam terebentinam, ceram, piperis triti . . . : haec omnia oleo misces. Multi herbo cocto cum aqua caput fovent; idem et hordeo faciunt. Multi in stercore obruunt animal, quod patitur, idest aut equum aut mulam, aut in calida arena idem faciunt. Facit etiam et haec potio: piperis grana *x*, cedriae, ut supra pondus nitri, *ολμηυ* unam, *οπȣ κιστηναιȣ κυαμȣ μεγεθος*: haec omnia terito singula, et in unum misceto, addito et olei hem., et vini summi sext., inde bis in die potiones dabis. Multi et hoc prodesse dixerunt; sanguinem bubulum recentem per cornu in fauces infundere. Sane si sanguis ad horam non fuerit inventus, *λιβανωτον* salem ipsius ponderis cum vino dabis: haec multi, et magni viri prodesse dixerunt. Nos et consuetudine, et usu potissimum haec profuisse, et prodesse memoramus: adipis porcinae scrp. *xvj*, adipis caprinae scrp. *xvj*, resinae terebentinae sext. *iiij*, olei cedrini hem., olei cibarii sext. *iiij*. Haec omnia misceto in aqua, in qua nitrum, et sal fuerint cocti, singuli *viij*. Hoc calido medicamine ungimus aegrum pecus, et per nares infundimus eiusmodi curam: adipis porcinae quantum aestimaveris; cum oleo, et vino, et melle ferveant simul, et uteris frequenter; et medicamine usi sumus in ipsa curatione *Διαβαδεμιου*: malagma solvis in carbonibus oleo communi, vel ciprino; et inde caput omne cum cervice, et omne corpus foveto. Post hanc curam cooperimus sagis, et in sole calido sedentes exercemus tripodo, usque ad sudorem; sudorem sabanis detergentes diligenter, et rursus ipso medicamine suprascripto corpus

ingimus, et pasci permittimus. Haec facientes cotidie usque cum et curam sentiat, et ceteros cibos iam assuetos praebemus, miscentes sane hordei, et ciceris aliquantulum, potum cum vino praebebimus. Hyeme sane stabuletur calido loco, unctionibus quam calidissimis utatur. Prodest et eundem ungi pice liquida, cum oleo, et exerceri, sicuti supra scriptum est; sic tamen ne pix multa corium laedat. Cum autem sudaverit, in ipsa necessitate passionis sanguinem detrahere inutile est. Multi cauteriis utuntur; at si evaserit cauteritus, inutilis viribus erit, et in itinere minus valebit. Ostendam sane quibus ex causis aegritudo contrahitur: nimio sole cum iter facit, et cum ex aliqua causa de priori pede claudicaverit, et cogitur aut currere, aut ambulare, et propter hoc sudaverit, aegritudo suprascripta subsequitur; aut hyeme cum sudans de itinere, aut exercitatione, sub divo in frigore, aut in loco frigido, aut humecto steterit, aut in marmorato aut in tessellato, vel frigore maxillae obstupuerint, et cibum non ceperit; et si forte armum laeserit, et post ipsius curam armi, diu aut dormiverit, aut in ipso armo iacuerit, eadem subsequntur. Haec sunt quae opisthotonum faciunt.

Ad opisthotonos Eubuli, quod est vitium nervorum, qui retro trahunt. Sanguinem de cervice detrahe, et aut in balneo sudet, aut unctionibus his curato, quae calefaciant corpus; inde baccas lauri cum nitro, et lacte caprino decocto cum melle, et ruta, et pipere albo, et cum suo sanguine potionabis.

Item ad opisthotonos Emeriti: ante omnia cauteriari oportet, et prosunt calidae potiones, aut laser, aut cyminum, aut anetum, aut allium, aut

baccae lauri: horum quodcumque cotidie cum vino datum perducit ad sanitatem.

Item unctio Optati ad curam suprascriptam. Cerae lib., resinae ∴ *iiij*, apopanacis ∴ *ij*, medullae cervinae ∴ *ij*, olei storacini ∴ *iij*, olei laurini ∴ *iiij*, Haec omnia decoque, et in sole, aut in loco calido utere.

Item alia unctio Emereti: cerae lib., et picis liquidae lib., ypopanacis lib., olei boni sext. Haec omnia decoquis, et postquam decoxeris, iunge aceti quod sufficit.

Item alia. Bacca lauri sext., cymini sext., sulphuris vivi ∴ *iij*, galbani ∴ *iij*, resinae, olei sest. *ij*, Haec decoques, et sic uteris.

CAPUT XVIII.

DE DENTIBUS OMNIUM AIT.

Equus habet dentes *xlij*, equa *xxxiiij*, mula *xxvij*, asinus *xxxij*, asina *xxv*, aries *xviiij*, verbex *xxiij*, ovis *xxj*, hircus *xxv*, capra *xviiij*, taurus *xxvj*, bos castratus *xxvj*, vacca n.° *xxiiij*, homo masculus *xxxij*, spado *xxviiij*, mulier *xxx*.

Pondera sane attica mostrantibus [l]) ita comparantur; ut dragma una sit scrp. *iij*, s.; cotula olei ponderis sit scrp. *vij*, *s.*, idest cyathi *vj*, s.; obolos atticos.... sextarius dragma est.

CAPUT XIX.

PRAECANTATIO AD EQUOS HORDEATOS, SIVE AD TORSIONEM, ABSYRTI APOPIRAS, AIT.

Equus aeluris florinacus orcus cognatus orcus pedem indit: vidi non ego pedem orco, si tortionatus, si hordiatus, si lassus, si calcatus, si vermigeratus, si vulneratus, si marmoratus, si roboratus, si equus non poterit esse. Noctuum quia videor cum iis carminibus istis equis dabo remedium hoc carmen [m]): in aurem dextram equo dices: semel natus, semel remediatus; et spuis in aurem: remediasti, si frequentius incantaveris.

[l]) nostratibus. [m]) *locus sane depravatus.*

CAPUT XX.

DE MURIS ARANEI MORSU, VEL DE PERCUSSU FALANGIONIS, AUT VIPERAE MORSU.

PELAGONIUS FALERIO SUO AIT.

Mus araneus perniciem quam tulerit, suo corpore luit. Nam animal ipsum oleo mersum necatur, et cum imputaverit [n]), conteritur, eoque medicamine quandoque morsum muris aranei inlinis; vel si id non est, cyminum conteritur, eoque additur exiguum picis liquidae, axungiae, ut lentorem malagmatis habeat: impositum perniciem submovet, vel si antequam tumor discutiatur, in suppurationem convertitur, optimum est ignea lamina collectum resecare, et quidquid vitiosi est inurere, atque pice liquida cum oleo linire.

Est et praesens remedium, ne equus morsu muris aranei contingatur. Animal vivum creta figulari circumdatur, quae cum induruerit, collo pecoris suspenditur: ea res innoxium pecus a morsu muris aranei praebet.

Item a morsu muris aranei. Mus araneus quanto maior est, tanto maiores imprimit morsus; quanto minor momorderit, tanto facilius curatur. His autem omnibus peior est morsus praegnantis muris, et manifestum est: qui [o]) tamen facile intelliguntur. Si maior tumor in corpore equi appareat, hoc modo succurrendum esse certissimum est: allio trito cum nitro, aut si nitrum non fuerit, sale

n) imputruerit. o) quae.

et cymino tumores, et morsus suprascriptos confricabis. Si autem humores inruperint vulnera, posca eadem vulnera diluis, et hordeum combustum, et in cinerem redactum vulneribus spargis, et nihil aliud feceris, quia magis crescunt vulnera, si alio medicamine curaveris. Potionem sane anetum tritum, cum cedria, et cum vino dabis.

Item si equum falangio percusserit; piperis —, pyrethri sem., uvae silvaticae ∴; singula terito cum vino; faucibus infundito.

Item si vipera, aut falangio, aut mus araneus momorderit, prodest terram formicarum cum vino faucibus infundere, aut ipsa vulnera confricare: sed et verba religiosa non desint, nam sol peculiariter dominus equorum invocatus, ad medelam adest; quem hoc modo, cum terram ℗. talparum ceperis tollere, invocabis sic: tu, sol divine, calide, et frigide, tantum mihi abalienasti: hoc dices, et suprascriptam medelam faucibus infunde.

Item si equum in itinere, ubi desunt necessaria, vipera percusserit, prodest piperis grana *xxx*, cum sext. vini veteris per cornu faucibus infundere, aut herbam thymum tritam, et datam cum vino prodesse asseverant. Item si mus araneus equum momorderit, malvam contusam imponito.

Item si equus aut vipera, aut ab aliquo noxio animali fuerit percussus, sic curabis. Herbi radicem conterito, et in oleo infundito, et cum vino veteri impones. Sane hirundinis pullos ore dissipatos, locis, quibus percussus est, admoveto, et ipsum nidum cum vino veteri tritum locis ipsis impone.

CAPUT XXI.

POTIONES, VEL CURAE AD COLICOS, VEL AD EOS QUI A FOENO MALO LAEDUNTUR.

PELAGONIUS LUCILIO SUO AIT.

Colicorum signa non omnibus nota sunt, quia non dissimilis est passio a ceteris, qui intrinsecus aliquid dolent, nisi quia maiora tormenta, et crebriora in colicis, quam in cardiacis aut in tortionantibus reperimus; cuius haec signa frequenter agnovimus. Primum constat [o]), repente concidit, ut adreptum putes; deinde si satis suspensus fuerit, statim subsequitur dolor, et iacet. Nonnunquam et cum frigidam acceperit aquam, tremit, sudat, anhelat, aestuat dolore nimio: cui succurrendum hac potione Celsus iubet. Compositio ad colicosos. Ari pontici ÷, petroselini ÷, foeniculi seminis ÷ piperis nigri — *ij*, marrubii ∴, abrotani ∴ aneti scrp. *iij*, ligustici —, centaureae seminis —, camepetis sem. [p]), silpotorium scrp. *iiij*, pulei acapni ÷, rutae —, apii seminis ∴, zingiberi semen, mellis optimi ℥ *ij*; mel despumas; illa omnia contundis, et cernis, et melli miscebis; deinde instar magnitudinem nucis abellanae cum aquae tepidae sext. dabis: certissima medela est. Sane si dolor perseveraverit, foeniculi seminis cocliaria quinque bene trita cum vini sinceri sem. cibabis [q]) sext. dabis.

Item aliud: clari mellis cocliaria quattuor, pollinem thuris — aceti cocliaria quinque, vini veteris

[o]) cum stat. [p]) semunciam. [q]) sed cibarii.

hem: haec simul deteris, ed dividis potionem ipsam in tres partes, et per triduum non per cornu, sed de ore in os deicis, et deambulet sago coopertus.

Item aliud Emeriti. Piperis pro modo, et de ventre pulli pelliculam suspensam fumo siccabis, et tritam cum vino, et pipere dabis. Equum a foeno malo laesum sic intelligis: oculis erit incertis, et semper micantibus, gradum habebit incertum: huic sanguis de matrice detrahendus, et debrachiolandus est, et potionandus caricis cum vino decoctis; hordeum tamen non dabis, sed potionem duplicem, et his uteris, quae urinam moveant.

CAPUT XXII.

DE CAUDAE MOBILITATE.

Si equus nimium mobilem habuerit caudam, partem superiorem caudae ad vertebram incidito usque ad mediam commissuram; sed ne praecidas curato. Vulnus sanum cum fuerit, caudam habebit stabilem, atque erectam. Hi autem, qui eiusmodi caudas habuerint, plerumque improba [s]) recusantur.

Si equo cauda defluere ceperit, foeni graeci semen, et lini quod sufficit vino decoquito, et cotidie lavato: cito cauda crescit.

s) improbi.

CAPUT XXIII.

MEDICAMINA AD ROBUR.

Robur si in posteriore parte erit, signa haec erunt: crura inter se complicabit, et humeri, et cervix usque caput rigida erunt; oculi lacrimantes; sed et caudam rigidam habebit. Medelis his utere: cervices, et lumbos urito usque ad crura; deinde clauso stabuletur calidissime, ita ut et carbones sine fumo ponantur; deinde loco ss. sale, et oleo perungito per dies septem; inde cum usta ceciderint, lavato lotio humano, et aqua tepida foveto, et pro cibo dato frondem ficulneam, et hordei quamplurimum, et triticum aqua maceratum, calidamque praebere debes, ut bibat.

Aliud; ante omnia loco calido stet, et his utatur: piperis albi scrp. *ij*, piperis longi scrp. *ij*, croci scrp., myrrae scrp. Haec terito omnia, et pastilum facito, et potionem dato per os cum oleo, et vino.

Item aliud: si haec defuerint, farinam triticeam aqua frigida diluito, et offulas facito, et dato ieiuno; aquam moderatam praebeto, ita ut sitiat, ut si potest, febriat, quia interventu febriculae dissolvitur omne vitium suprascriptum; inde dato fabam solidam; si non habueris dato tisanam: si horum nihil profuerit, necessitate cogente circum auriculas urito, et collum transversis cauteriis.

Item alia ad frigus, vel ad robur unctio: cerae lib., resinae terebentinae sem., medullae cervinae — *ij*, stiracis — *iiij*, baccas lauri selib., olei urini [t])

t) laurini.

prout opus fuerit. Haec in unum decoquito in aqua, et inde aut in sole calido, aut in balneo perfricetur usque ad sanitatem.

Ad eundem morbum; thuris pollinem selib., viri veteris quod sufficit. Ad eundem morbum potio: ypopanacis — *ij*, storacis — *iij*, gentianae — *iij*, mannae croci — *ij*, vini veteris quot sufficit, simul dato: curabis.

Potio ad robur: picis liquidae — *ij*, baccarum lauri lib., nitri —, thuris pollinis —, ypopanacis radicem, vini sext. *ij*, olei sext. Haec omnia ita vino et oleo miscebis, et dabis. Item alia potio ad eandem passionem, baccarum lauri lib., nitri ∴ *j*, thuris —, silis gallici ∴, petroselini ∴. Haec omnia contusa, et cribrata vino, et oleo temperabis, tepidamque potionem faucibus infunde, et unctionem facies huiusmodi: bacarum lauri lib. *ij*, picis liquidae lib., panacis radicem — *j*, thuris pollinem selib., vini veteris sext. *ij*, olei sext. Haec permixta sole tepido perungito: si nihil profuerint, caput adurito, et pelle lanata caput contegito.

CAPUT XXIV.

AD EOS QUI SANGUINEM MEIANT, AUT CACANT, AUT PER NARES EMITTUNT, AUT VOMUNT; AUT SI SANGUIS NIMIUS PER VENAM PERCUSSAM EXIERIT, ET CONTINERI NON POTEST *).

PELAGONIUS ARZIGIO SUO.

Frequenter equis, etiam cum sani sunt, nimius sanguis nocet. Interdum enim cum copia sanguinis quacumque erit, erumpit, et profluit; quod ut ne accidat in generoso custodiemus. Frequentius etiam attenuati, et misere qui [t]) urina sanguis est; sed hic aut nimio ascensu, aut labore ponderis, aut iteneris; ille otio et nimia pinguedine: quod cum acciderit, his curari convenit. Si otiosus equus, aut pinguis urinam sanguineam fecerit, sanguis de matrice detrahendus est, et potionandus est lacte caprino, amulo, ovis *iij*, et herbae orciolariae suco: attenuato autem sanguinem detrahere contrarium est.

Item potio ad ipsos certissima: tracanthi sem. in vino infundes, opii scrp. *iiij*, styracis scrp. *iij*, nucleos pineos *ccx*. Haec simul deteris diutissime, et ad magnitudinem nucis abellanae cum vini sext. per cornu faucibus infundes per dies septem. Hoc etiam et hominibus prodest fabae [u]) magnitudinem cum ovo dedisse. Item si sanguinem reicerit (*sic*) prodest genistae sucum cum vino dare,

*) *Titulum hunc a librario omissum, Politianus in cod. addidit.* [t]) et miseri equi. [u]) ad fabae.

aut porri sucum lixivio, et oleo faucibus infundere. Item si sanguis per nares fluxerit, linteolum et lanam combures, et per fistellam [v]) in nares, exsufflas.

Si equos spumam [x]) per os fluxerint, cibique fastidium sustinuerint, rosmarinum in aqua infunde, et inde os foveto; addito et folia lentisci.

Item aliud Columellae: si sanguis per nares fluxerit periculum adfert. Quod reprimitur infuso naribus viridis coriandri suco.

Ad eos, qui sanguinem meiant, aut cacant, Flori. Sanguis de palato mitteudus est et asphodeli radicem cum vini sucidi sext. *ij*, deteris diligenter, et farinam triticeam diligenter cernis: rossyriacum in aqua diu decoquis, et commixta omnia diligenter per os faucibus infundes. Sane non multum ambulet; praeterea ventrem aqua et nitro perfundis. Similiter et foenum, et hordeum. Rursus si per nares fluit sanguis, aqua satis frigida caput ipsius fovebis, adiuncto in aqua modico sale.

Item ad eos, qui sanguinem vomunt: absinthium, spicam nardi in cacabo novo in aqua decoques, et potionas.

Item si sanguis nimius per venam percussam perruperit, hosticinum ([uio]) conterito minute, et apponito in plagam; aut si defuerit, stercus ipsius equi fluentibus venis admoveto, aut si perseveraverit, urito subtiliter propter nervos. Item aliter: floccum tomenti intinctum oleo venae admoveto, aut assem ligneum in vena de qua sanguis fluit depones, et ligas: praesens remedium est.

v) fistulam. x) equis spumae.

CAPUT XXV.

DE VULNERIBUS, VEL DE EMPLASTRIS.

Si in dorso ulcus erit, tritum allium cum melle, et nitro, uvaque passa simul levigatis, et herbo molito mixtis uteris.

Item si vulneribus pili nati fuerint, et cicatricem coire non sinerent, cancrum et uvam passam silvaticam, levigata in aceto fervescant, et ulceri imponito; vel rossyriacum, satureia, et sale ammoniaco simul levigato, et melle mixto decoquito. Prodest.

Medicamina ad omnia vulnera. Thuris scrp., aluminis scrp., sevi bubuli scrp. *viij*, olei cedrini acetabulum, olei communis hem. dimidiam, cerae quod sufficit. Sane cum crusta cauterii ceciderit, tritum allium cum melle, et nitro ungis *y*); si autem citius vulnus sanare volueris, camaleontis radicinam combustam vulneribus sparges. Si vulnus putruerit hellebori nigri scrp. *ij*, teris, et cum oleo cedrino uteris.

Ad omnia vulnera herbum siccum frigito, et tunsum cribrato; ante tamen calida vulnera fomenta, et sic pulverem mitte.

Ad omnem tumorem. Cretam cimoliam hispanam cum aceto permisce, thuris pollinis — *iiij*, bulbos tritos, cocleas tritas simul misce, et tumentibus locis admoveto. Si hyems fuerit calidum imponito; si aestas frigidum.

Si equus vulnus chironium habuerit sic cura-

y) iungis.

bis: brassicae aridae radicem, cupressi pilulas, porrum sectivum, auripigmentum melle decoquito, et omnia permixta vulneribus imponito.

Malagma: cerae lib., resinae frictae lib. *iiij*, olei ℘. *iiij*, spumae argenti lib. *iij*, omnia pariter permixta uteris. Malagma ad combusturam: corticem mali aqua coquis et imponis: miraberis.

Compositio malagmae: cerae punicae ∴ *vj*, iuniperi nigri — *iiij*, picis durae lib., baccarum lauri — *iiij*, resinae frixae — *vj*, piperis —, laseris — *ij*, thuris masculi ∴ *ij*, olei puri ∴ *vij*, olei cyprini ∴ *ij*. Haec omnia cocta in aqua frigida coire patieris; et cum in modum cerocti fuerit factum [z]) articulo imponis.

Malagma ad nervorum dolorem, vel tumorem: cerae lib., medullae cervinae — *vj*, myrrhae — *iij*, pulveris cocliaria *ij*, pariter mixta coquis, et uteris.

Causticum calidum: spumae argenti lib., nitri — *iij*, ammoniaci — *vj*, mysi ∴ *iij*, lepidae cyprini — *vj*, resinae frictae ∴ *vj*, cerae lib., aesisti (*sic*) — *iij*, cerussae — *vj*, olei sext.

Compositio caustici: picis durae lib., resinae frictae, resinae scabialis lib., picis brittiae, ypopanacis lib., galbani ∴, propolis ∴, castorei ∴, sulphuris vivi —, guttae ammoniacae, myrrae troglitis ∴, styracis ∴, thuris masculi ∴, bituminis afri ∴ cerae lib., medullae cervinae ∴ *ij*, yssopi — *ij*, colofoni —, panacis radicem. Haec omnia mollissimis carbonibus decoqueris [a]), et cum necesse fuerit uteris.

Compositio traumatica, ad omnem aperti [b]) ungulam confirmandam: calciten, aloen, misi erugineni exusti; haec tunsa melle permisces, et aceto

z) fuerint facta. a) decoques. b) apertam.

temperabis. Item alia: mellis —, eruginis quod sufficit melle decoquis, et cum frigidum fuerit, tunc ei eruginem mittis, et acetum modice, et sic imponis.

Malagma: cerae lib. *iij*, olei ℥. *iij*, spumae argenti lib. *iij;* omnia pariter permixta uteris.

Pastilli ad omne genus valetudinis: iris illyricae —, aristolochiae longae, gentianae —, argiri —, myrrae —, pulveris cicerulae ∴, yssopi ∴, ari gallici —, spicae indicae ∴, abrotoni ∴, croci dragmam, turbisci ∴, petroselini ∴, seminis apii —. Haec omnia tunsa, et cribrata cum vino, et melle, et piperis granis *l;* dabis singulis animalibus terna cocliaria per triduum.

Ad ulcus omne medicamentum: myrrae *ij*, mellis cyat. *ij*, absinthi ∴ *ij*, absetium (*sic*) addito, oleum et ceram coquito; cum coxeris frigidum fiat, et sic absintium mitte, et subigito ut ceteris misceatur, in panno impone per triduum, et dolori satis prodest.

Anacollem ad articulos, et ad gambas, et ad aquatilia: galbani lib., styracis lib., *v*, dellae (*sic*) lib., meconii lib., rubricae lib., resinae terebintinae lib., simulae ℥. *iiij*, mentae selib. Haec decocta, et tepida ss. vitiis alligato.

Anacollem ad armos: croci selib., thuris pollinis selib., rubricae afrae selib., siliginis flos hem., bulbos afros n. *xx*, cocleas afras n. *xx*, mentae selib. Haec omnia contundes, et cum aceto quod sufficit temperabis.

Anacollum ad frigidum: croci selib., thuris pollinis selib., rubricae selib., bulbos afras selib, cocleas afras selib., simulae hem., mentae, aceti quod sufficit.

Anacolles ad armos, sive ad lumbos equorum: simulae scrp. *ij*, thuris pollinis lib., ova gallina-

cea *iij*, sed album de ovis proicito, et cetera aceto subigito, et facito tractam, et sic utere aut in armo, aut in lumbis.

Compositio liparae. Cerussae, spumae argenti ℞ singulas, et oleum, et vinum quod sufficit, et ita, ut singula diligenter teras. Facit et ad vulnera supplenda, si caro defuerit. Ad vulnera, i. ad scabiem clausam, eruginem campanam cum aceto decoquis, quam dinespis, (*sic*), et teris diligenter, et uteris.

Ad vulnera sordida, quae pataginant. Alumen, sed scissum, cum melle decoquis ad lentos carbones, et vulneribus imponis, et cum coquis, ne ebulliat observabis.

Emplastrum viride: cerae lib., olei cyprini ℞ *iiij*, olei myrthini ℥. *ij*, s., adipis anserinae — *ij*, isopi — *ij*; eruginis *iij*, galbani — *iij*, resinae terebentinae — *ij*, thuris pollinem — *ij*. Haec omnia in cacabo decoques, et cum necesse fuerit uteris.

Fomentatio ad omnes tumores sive duritias. Hibiscum vino decoquis, et conteris cum axungia, et sic uteris; aut herbam sabinam tritam cum rosacio decoque.

Compositio emplastri: nitri ℥. *iiij*, bituminis iudeici ℥. *iij*, aesistis ℥. *iij*, cumini ℥. *iij*, fedae ℥. *ij*, nitri flos ℥. *ij*, aeris flos lib., silpi lib., sulphuris vivi lib., axungiae ℥. *ij*.

Emplastrum alio genere: eruginis selib., aesisti selib., fedae selib., nitri selib., salis ammoniaci selib., verati (*sic*) nigri selib., bituminis selib., axungiae selib, calcanti selib.

Compositio emplastri. Camniae, aesitii selib., eruginis selib., bituminis iudeici selib., verati nigri selib., fedae selib. — *viij*, salis ammoniaci selib., nitri selib., axungiae selib.

Emplastri compositio. Rhododaphnis selib., fiselae (*sic*) selib., bituminis selib. — *ij*, sulphur vivum (*sic*) selib., aesitii selib., afronitri floris selib., nitri floris selib., axungiae selib., euphorbii selib., isopi ℥. *v*, gentianae ℥. *ij*, herbae vectonicae lib., panacis radicem selib., marrubii pontici selib., costi selib., aristolochiae rotundae selib., styracis ℥. *ij*, ypopanacis afrae selib., trexogonis selib., rutae silvaticae seminis selib., petroselini macedonici selib., acori pontici selib., mellis ℥. *iiij*.

Medicaminis traumatici compositio : chalchitis lib., mysi lib., eruginis — *iij*, stercoris columbini lib., aceti scrp. *ij*, mellis — *iiij*; decoquis et sic uteris.

Traumaticum aromaticum : floris spumae ℥. *ij*, resinae terebentinae lib., galbani lib., thuris pollinis ℥. *ij*, violae ℥. *ij*, resinae colophoniae ℥. *ij*, styracis ℥. *ij*, ypopanacis lib., propolis lib., mysi lib., visci lib. 5.

Compositio spodii : auripigmenti hem., calcis vivae — *v*, chartae combustae quod satis erit.

Compositio liparae : spuma argenti — *vj*, cerussae — *j*, vini sext. 5, olei lib. et *viij*.

Item aliter spumae argenti, cerussae partem, thuris masculi, olei, croci, et mellis boni. Omnia cum aequo modo conteris.

CAPUT XXVI.

MEDICAMINA AD SCABIEM, QUAECUMQUE IN PECORE NASCI POTEST.

Pecus cum scabiaverit, non statim curari debet ne res periculosa praeveniatur, et in morbum se convertat. Postea sane cum iam eruperit scabies, sanguinabis eum iuxta genua, et de coxis, vel de gambis, et sic uteris isto medicamine. Asfaltum, et sulfur vivum, et picem liquidam, et butyrum, et quod graeci dicunt ταγον παιθικον. Haec omnia aequis ponderibus simul deteris, et inde totum corpus perlinis. Sane diutissime teris, et bene, et sic linias in sole.

Aliud: acetum acre και ταγον παιθικον, et picis liquidae modicum, et cedriam. Omnia simul decoquis; et cum fervet, peniculum in fuste ligato sic linas totum corpus. Sane prius lotio humano calidam commisces, et inde, prius quam inducas medicamentum, lavas corpus pecori, et sic unges in sole.

Aliud; asfaltum, et sulphur aequaliter conteris, et adiunges olei modicum, et perunges. Sane in sole ungatur.

Aliud adipem porcinum, cum pice, cera aequaliter resolvis, et sulfur cum oleo calido deteris, et omnia supra adiuncta commisces, et cum calet inlinas, vel perungis.

Aliud adipis lib., cerae sem., sulphuris — *ij*, bituminis —, olei selib., picis liquidae cyat. *ij*. Quae conterenda sunt, conterito, et permisceto omnia, et coquito, et ita perungito.

Item aliud: cerae selib., adipis porcinae lib.,

picis liquidae cyat. *iiij*, olei selib., sulphuris — *ij*, bituminis —. Haec coquito, et equum perfricato, usque dum sanguis exierit. Inde perungito semel in die. Item aliud: lotii veteris, faecis scrp., stercus suillum selib., faecis olei hem., sulfuris — *iij*, picis liquidae cyat. *iiij*. Haec omnia coquito, ut liquida sint, et calido loco perungito equum semel in die usque ad sanitatem.

Item aliud: bituminis ℘. *ij*, sulphuris vivi selib., cerae lib., thuris mannae selib.; teris et commisces in oleo, in quo ante bullierit anchusae fasciculus unus, et sole calido ungis: sine sole non habet medicamentum virtutem, nec effectum.

Item aliud: tibium (*sic*) hordeum, quod nascitur quasi spica nigra, contundes, et misces olei cyprini quod sufficit, et tepidum sole calido perunges.

Item aliud. Ranas in aqua coques, et colligis unctum ipsarum, et commisces lenticulam, et adipem, et oleum, et tepefactum perungis.

Ad scabiem. Cucumeris silvatici radices lavas et pinsas, et in cacabo novo cum oleo quantum sufficit decoquis, et uteris. Item aliter: sulphur cum vino candido decoques et uteris. Item aliud salutare remedium in initiis: adeps vituli marini; sed si iam inveteravit, vehementioribus opus est remediis: propter quod bitumen cum sulphure et atroci pice liquida, axungia veteri mixta pari pondere coguntur, atque ea compositione curatur, ita ut prius scabies ferro erasa perlavetur urina hominis.

Item aliud: picis liquidae sext., sevi caprini ℘. *ij*, cerae lib., aluminis scissi lib., sulphuris vivi lib. 5: in unum decoquis, et ante equum scabie laborantem aqua salsa lavabis. Hoc per triduum uti debebis. Certum remedium est.

Item aliud apopiras: folia rododaphnes cum oleo coques, addita pice liquida cum cera. Certissimum remedium est.

Item ad scabiem. Ranam rubetam occide, et cum vino et aqua in sartagine decoque, eiusque suco ungito; vel pice, cum melle, sulphureque, et vini faecibus veterrimis, et stercore ovillo commixtis, contra pilum fricato; vel sulphuris, cedriae, thuris pollinem, aristolochiae, nitri unciis binis in singula, iuncta picis liquidae selib., olei sext. *ij*, aceti heminis ternis, concoctis, contra pilum ungito, prius strigilibus, aut testis exasperato corpus equi: vel arundines combures, et prius quam in favillam persolvantur sublatas, pinsas, et conteres, cribroque tenui cernes, et ita oleo miscebis, contraque pilum iumentum ungis.

CAPUT XXVII.

AD LETHARGOS.

PELAGONIUS FESTIANO SUO.

Scripisti mihi, equos tuos gravissimo vitio vexari; nam et asseverasti et frequenter iacere, et semper dormire, ac propterea nec cibum capere, et consequenter macilentos videri. Passio haec gravis est, et obseveranda ne accidat: quae si evenerit, medelae, quas scribimus, abhibeantur. Nam hunc morbum peritissimi huiusce artis mulomedici lethargum appellant; et eum si lethargum videris, facies molliter stabulari, ita ut paleis aut straminibus stabula consternantur, et frequenter manu ex-

citetur, ne dormiat. Prodest etiam et frequens deambulatio, sed si ante qnattuor pedes fomentum de aceto, et sale, et furfuribus de tritico miseris; tunc eadem ipsa potio, quae recipit in se furfures triticeas, salis, et poscae sext. *ij*, faucibus infundantur.

Item aliud Flori: herbam artemisiam tunsam, oleo, et modico lixivio dabis per cornu.

Item potio ad lethargos, Optati. Primum est, ut lethargum hordeo abstineas, praebendo fabae solidae sext. Tum sanguinem de cervice detrahe, inde his medicaminibus potionabis. Acri (*sic*) pontici — *iiij*, calami syriatici (*sic*) ℘. *v*, spicae nardi indicae, capparis radicem ∴ *v*; tunsa, et cribrata una miscebis, et cocharia *iij* in sest. aquae tepidae dabis; et cum ceperit adaquari, aquam tepidam praebebis, sed non multam, ne avide bibat. Sane assidue aut flagello, aut voce excitari debet, ut paulatim vitium diligentia limetur.

CAPUT XXVIII.

POTIONES ET OMNI TEMPORE NECESSARIAE.

Pulvis omni potioni anteferendus: gentianam, aristolochiam, myrram, baccas lauri, rasuram eboris aequis ponderibus in pulverem rediges, de quo potionabis contra omnes morbos sic. Decoques in vino iunci radicem, et marrubium; colans ipsum vinum, et adiuncto pulvere, cocliare uno, potionas per triduum. Si febriunt pecora, in aqua decoquis iunci radicem, et apium; colas, adiungis pulveris cocliare, et mellis modicum, ut sit aqua mulsa, et sic potionas per triduum. Contra venena autem, pulveris plus quam cocliare cum vini sext., et olei hemina, dejcis per triduum.

Potio quadrigaria, idest pulvis trachanthi, ormini, petroselini, bettonicae, saxifragi, casiae fistulae, iris illiricae, melliloti, radices absinthii syriaci ∴, ysopi fasciculos *ij*, euphorbii —, mannae thuris —, zingiberis —, myrrae —, folii —, gentianae —, herbae sabinae ∴, piperis —, thuris masculi —, costi —, sardae campanae ∴, ypopanacis ∴, spicis indicae ∴, scyrmanthos —, ammoniaci —, cinnami —, abrotani ∴, radicis apopanacis —, semen rutae ∴, strobilos minutos virides *xxv*, nuclei — *v*, glycyrizae. Haec omnia contusa et cribrata servabis, et cum necesse fuerit, vino permixta dabis.

Potio glutinosa: myrrae — *ij*, olei *ij*, cymini — *ij*, tracanthi ∴ *vj*, croci —; tepida cum vino dabis. Pulvis quadrigarius; acori pontici —, myrrae — *iij*, piperis sem., croci dragmas *ij*, gentianae — *ij*, folii *ij*, iris illiricae — *iij*, ysopi ∴, malabatri — *ij*, cen-

taureae —, costi — *ij*, storacis — *ij*, scordeum — *ij*, sili pontici — *ij*.

Potio hyemalis in uno capite: croci, costi, petroselini macedonici, murrae, (*sic*), thuris masculi, tracanthi, traxaginis, vettonicae, cumini alexandrini, croci mannam, piperis singulas singulis capitibus vino, et oleo quod sufficit, adiunctis ovis permisces, cum suco tisanae; adiungis et palmulas *xxv*, bulbos *xxv*, caricas *xxv*, caprinos adipes, catulum brevem, quem madefactum ex aqua, et percolatum diligenter, ss. adiungis, addito olei quod sufficit, et omnia rursus permixta diligenter per cornu animalibus infundes.

Potio aestiva in capitibus quatuor: tracanthi — *ij*, croci dragmas — *ij*, abrotoni — *ij*, cardamoni — *ij*, glauci — *ij* petroselini — *ij*, zingiberis —. Haec omnia permixta rosato per cornu dabis. Addis et porrum sectivum, porclacae [c]) quod sufficit, arum gallicum, ova quatuor, apium, olei quod sufficit, uvas passas enucleatas; temperabis simul, et dabis.

Potio equis intrisecus laborantibus, aut qui morbo tentantur, et iis, qui siccas nares habent; facile curantur hac potione. Tisanae sucum, defriti cyat. *ij*, per triduum dabis; postea decoctam ysopi — *iij*, palmulas *xx*, rutae viridis fasciculos *ij*, fabae, et foeni graeci cyat. *vj*; universa in aqua coelesti decoque, et tepefacta dabis.

Potio omni tempore faciens in singulis capitibus: costi —, melliloti —, isopi sicci —, iris illiricae —, aristolochiae — troglitis —, laseris ∴ dracontae ∴, centaureae ∴ iunci, gentianae —, spicae nardi — spicae celticae ∴, folii —. Haec omnia tun-

c) portulacae.

dis, et cernes, et facis pulverem; cui commisces, si potionem facis aestivam, croci ∴, tracanthi ∴ *iij*, mellis quod sufficit, vini veteris sext. *vj*; crocum vino iufundes, tracanthum in aqua calida; sin autem potionem facis hyemalem, omnibus suprascriptis adiungis piperis triti — *iiij*, et sic per cornu dabis.

Item potio aestiva: croci — infundes in vino, tracanthi — *iij* infundes in aquam calidam, et teris simul diligenter; quibus adiungis porrum virginem, et apium viride, et iterum in se diligenter teris; quibus commisces porclacae sucum, et lac caprinum, ova, oleum rosacium, mellis — *iij*, et passi sext., et vini veteris quod sufficit, et dabis per cornu triduum.

Item alia potio: herbacium butiri —, mellis lib., axungiae veteris selib., dactylos *xv*, uvae passae sext., bulbos n. *x*, lini seminis tunsi hem., foeni graeci tunsi hem., ari gallici quod sufficiat, croci —, tracanthi ∴ *iij*. Haec omnia trita simul commisces cum melle, et ovis, et oleo, et passo sufficiente, et dabis per triduum.

Potio Absyrti: yssopi — *ij*, rosacii —, costi —, malabaratri — *ij*, petroselini macedonici ∴, croci tracanthi —, piperis albi —, thuris, myrrae. Item alia ad coleram, eadem Absyrti: vini veteris sext. *iij*, olei boni sext., mellis sext., piperis albi —, ova *xj*.

Potio hyemalis simplex: vini veteris sext. olei selib., piperis —, rutae viridis — *vj*, tracanthi — *vj*, mellis — *vj*, ova quot volueris, et passi quod sufficit. Potio ad omnia. Tisanae sext., foeni graeci sext., betarum fascem, caricas *xx*, olei ℥ *iij*, lactis asinini quotiens; potionaveris sext. *j*.

Potio refrigeratoria: vini veteris sext., olei sum-

mi selib., mellis selib., ova quod volueris, aquae frigidae quod sufficiat. Item alia: mannae thuris scrp., cum vino candido tepefacto per narem sinistram mittes.

Potio equis tussientibus: abrotoni selib., yssopi cretici selib., opii ℈. *x*, unius (*sic*) rutae ℈. *x*, assis fici —, costi — *ij*, spicae nardi — *ij*, panacis radicem —. Pastilli compositi: semen cinnami —, myrrae *ij*, thuris masculi — *ij*, piperis albi — *ij*, spicae nardi — scoemathos — *ij*, piperis nigri —, cassiae — *ij*, cardamomi sem., limniandis semen, castorei semen, mellis attici lib., croci — *ij*.

Calefactio. Resinae terebentinae, resinae frixae, resinae osclosae, resinae pytienae, cerae, medullae cervinae, olei lentiscini, olei laurini, galbani, ypopanacis. Haec omnia moderatis ponderibus in ollam missa, ad lentos carbones decoquis, et facis calefactionem, quae cum se strinserit, pecoribus et renes, et frontem confricabis.

Potio omni tempore necessaria, faciens et ad febres: nuclei sext., uvae passae sext., dactylos *xx*, folia appii sufficienter. Omnia simul diligenter teris, quibus bene tritis adiungis passi sext. *iiij*, vini veteris sext. *v*, et sic deicis per triduum.

Item alia calefactior. Resinae asclosae — *iiij*, resinae frixae — *iiij*, yssopi — *ij*, cerae — *ij*, medullae cervinae —, ypopanacis sem., galbani sem., olei laurini selib., olei lentiscini lib. *v*, olei simplicis lib. Haec omnia simul missa in cacabum, resolvis ad lentos carbones, ut omnia se diligenter commisceant, et facis medicamen, quod cum se astrinxerit, ipso uteris, et pecoribus renes hyeme, et frontem perungito. Facit et ad omnibus *e*) qui ex

e) omnes.

frigore nervorum schiadam, ischiadam (*sic*) patiuntur. Nihil autem sic hyeme pecoribus frigus excludit, nisi ut subinde conditum per cornu accipiant. Hyeme sane cum coliculos pecoribus dabis, a pridie eos diligenter decoque, et fac pastillos, et in oleo, et sale trito, et petroselino, cymino; pridie facis manere, et alia die sic dabis, ut sentiant condituram. Axungiam sane hyeme cum dabis, da cum allio et pice liquida: vehementer omnibus intrinsecus vitiis prodest. Aestate autem axungiam dabis in oleo rosacio, et sale trito.

Potio ad febres interaneas: rosam teres diligenter, et infusam in oximelli (*sic*) tracanthum superadiicies, et teres diutissime, et dabis per cornu diebus quinque. Sane die exacta sanguinem ei post potionem emittes.

Compositio pulveris Quadrigarii. Cinnami, spicae syriacae, vel indicae, croci siculi, myrrae troglitis, scoeni, piperis nigri, piperis longi, xylocinnami, casiae, vettonicae, cassiae nigrae, trixogonis, folii, nardi, lentisci, cepae indicae, acori pontici, meum, thuris masculi, iris illiricae, piperis albi. In alio, calami siriaci, asari pontici, gentianae, et camistri, laseri pontici, gentianae (*sic*) petroselini aridi, cassiae fistulae: omnia, prout voles, aequis ponderibus tunsa, et cribratata: uteris.

Confectio arteriaca: myrrae troglitis — *iiij*, schoeni — *ij*, cinnami — *v*, piperis albi — *v*, piperis nigri — *v*, casiae — *iii*, *s.*, resinae volophoniae — *v*, aristolochiae — *iiij*, asari — *iij*, baccarum lauri — *iiij*.

Item arteriaca ad tussem: myrrae — *iij*, piperis — *iij*, lini seminis fricti lib., uvae passae sext., nasturci sext., mellis sext., nuclei sext.. Decoques

et cetera contundes, et melli miscebis. Cum dare volueris, globolos facies in modum nucis, et in os per dies octo deicis.

Item aliter: myrrae — *iij*, cinnami ∴ s, croci — *iij*, thuris — *iiij*, nardi syriatici — *iiij*, resinae terebentinae — *iiij*, piperis albi — *iiij*, uvae passae ammoniacae ∴ *iiij*, folium nardi — *ij*, tracanthi lib; mellis attici lib. Arida contundis, et cernis, et melli miscebis panacem, myrram aequis ponderibus; levigata omnia cum vino per nares infunduntur.

Potio ad omnia interaneorum vitia: butyrum, mel, panacem, myrram aequis ponderibus; levigata omnia cum vino per narem infunduntur.

Potio aestivalis: hormini semen hem., petroselini hem., myrrae sext., sil gallicum hem., abrotoni hem., apii sem. hem., schoeni — *iij*; teris, et colas, et cum aqua mulsa faucibus infundis.

Potio equis intrinsecus laborantibus, aut qui morbo tentantur, et iis, qui siccas nares habent: bene et facile curantur hac potione. Tisanae sucum, defriti cyatos *ij*, per triduum dabis; postea decoctam isopi — *iij*, palmulas *xx*, rutae viridis fasces *ij*, fabae, et foeni cyathos *vj*. Universa cum aqua coelesti, et tepefacta dabis per triduum.

Potio ad apostatiros: buxi folia, et sabuci, et cedriae, aut cicutae coques ex aqua, et colata bene, potionabis: obdormiet, et lethedemonis sui (*sic*) accipit. Sic tamen soporabitur, ut facile suscitari, et ambulare sine vitio possit; vel si calcitrosus fuerit, ipsa potione uteris, adiecta aqua frigida ad umbilicum: erit remedium certissimum.

Potio ad dolores omnes: pulverem teris vetustiorem resinae terebentinae —; aqua calida dabis hoc experimento.

Item alia: bacca lauri, allium purgatum, myrram cum vino candido per nares dabis.

Alia: herba quae hereclea, et panacea dicitur, teres cum vino veteri, et dabis.

Compositio pastilli simplicis sed summi: panacis radicem, et pollinis triticeae aequis ponderibus, tunsa, et cribrata vino subigito veteri, et facito pastillos, et in potionem dato. Si perfrixerit, aut vulnus fuerit intrinsecus sanabitur.

Potio. Spicae nardi, croci, myrrae, costi, schoeni, cassiae fistulae, piperis albi —, singulas, eisque herbum molitum pro modo miscebis. Quae levigata, et cribrata, melli admixta diluta per narem sinistram infundito. Prius quam potionem des, absinthio, et nitro cum melle, posca eos defricabis. Quibusdam et pulmones rumpuntur in cursu coactis, aut crebrius tussientibus. Hos quidem os transvorasse putant, quod et cibum, et aquam aridius appetunt, et purulenta reddunt. Datur his potio crocum, cassia, nardum, myrra, cinnamomum pari pondere trita, et permixta omnia cum vini nigri cotula una. Si ea defuerint, herbi moliti, et permixti vino, et aquae calidae tantundem dabis.

CAPUT XXIX.

DE RABIE, VEL DE CURSU LUNAE, VEL DE INSANIA, VEL DE PARALITICO.

Solet insania equum tenere, qui praesepium frangit, seque morsu lacerat, impetumque in homines facit, auriculis micat, oculis est arrectis et spumas splendidis agit [d]). Eum cum diligentia costringito, et sanguinem de cervice, et cruribus detrahito, clausumque in tenebris contineto, donec cibum modice appetat. Cum erit patiens, cicutae acetabulum levigatae ex aquae cotula per os infundito, et inlita pelle caput contegito; aut rutam tritam super caput imponito, calideque stabuletur.

Item potio ad equum rabidum: baccas lauri purgatas, et oleum teres in vino candido, et per nares deicis.

Ad equum appiosum: primum omnium loco tenebroso stet, et mollibus cibis recreandus, et hac potione sanandus. Apii viridis fasciculum tritum, mellis — *iiij*, nasturtii triti cyath. *ij*. Haec simul cum vino faucibus infundito; quae [e]) si parum profuerit ista potio, caput aduratur, unctionibus calidis perungatur, quas ad robur ostendimus. Collyrio sane oculos inungito.

Ad cardiacos. Cardiacum autem intelligimus sic: si terrae caput impegerit, si frequenter sibi ilia mordicus appetierit, si stans sudaverit, si fastidium sustinuerit, curandus sic: sinapi, et laser in modum fa-

d) splendidas agit. e) quod.

bae, mellis acetabula — *ij*, tantundem et aquae calidae, aceti cyath. *iiij* in unum conteres; potiona; et diu deambulet, viridemque cibum praebebis aegro pecori, et cum sanus fuerit, venae cervicis laxandae sunt, et de posterioribus sanguis mittendus est, ut perpetua sanitas perseveret.

Potio ad appiosum: primum de temporibus sanguis detrahendus est, deinde potio haec adhibenda. Semen apii, spicae nardi, petroselini macedonici, lactucae sem., papaveri sem.; cum aqua mulsa permixta omnia dabis diebus quinque, caputque eius pellicula oleo madefacta cooperies: certissima manifesta potio.

Item in paralitico signa haec sunt. Labra prava, et dissoluta, lingua ipsa passione moritur, oculus unus minor fit, auris una deiecta. Curatio huius talis est. Labra scarifica, unctionibus his uteris, quae recipiunt in se olei veteris selib., bituminis selib., eronalis resinae selib., ammoniaci sextantem, galbani —, propolis —, mannae selib., medullae cervinae —, cerae selib. Omnia decoquis, et uteris.

CAPUT XXX.

OCULARE AD f) PERCUSSUM

Myrrae troglitis sem., croci ℘. *x* unius, (*sic*) thuris masculi ℘. *x* unius, piperis albi ℘. *x* unius, salis fasci ℘. *x* unius: conteres una, et decoques mulso, et addis mellis ℘. *iij*, et uteris. Alio genere; vini dulcissimi sext., albamenta ovorum *iij*, olei — *iij*, una commisce, et sic utere: certissima medela est.

Epifora sic curabis: sanguinem infra oculum detrahes, inunges melle optimo usque ad sanitatem. Oculare ad cicatrices discutiendas: spicae nardi — *v*, salis ammoniaci — *iij*, ysopi — *ij*, camniae sem., piperis — *v*; conteris, et uteris.

Oculare ad album etiam hominum: testas separ. g) combures, et in mollissimum cinerem rediges. Hunc melle commixto oculo clauso in modum cataplasmatis super impones; et omnem absterget alborem. Hoc ex polyphilis Euranius hunc (*sic*) expertum esse firmavit.

Cilicium iunctum si ruperit, sic curabis. Fibulam dabis, et mannam cum ovo imponis: certissimum est.

